DE INFINITIVO HERODOTEO.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO ORDINE PHILOSOPHORUM LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ROBERTUS SHARP,
VIRGINIENSIS.

LIPSIAE,
IN AEDIBUS SIMMELII EIUSQUE SOCII.
MDCCCLXXX.

Multorum scriptorum usum infinitivi viri docti examinaverunt, quomodo ab unoquoque usurpatus sit, Herodoteum vero usum, quantum quidem scio, nemo adhuc tractavit.*) Neque tamen indignus est ille studio et opera, etenim Herodotus infinitivo non solum saepius usus est quam ceteri, sed etiam peculiarem in modum. His de causis ego constitui, quamquam ad hoc tantum opus parum sufficere vires meas non ignoro, exempla omnia infinitivi Herodotei et sine subiecto et cum accusativo positi colligere et perscrutari. Usum Herodoteum et cum Homerico comparabo et cum Attico quam maxime potero, unde cognoscemus Herodotum, ut aetas eius media erat inter Homericam et Atticam, sic etiam ratione arteque dicendi medium quendam locum obtinere.

Iam mihi in hac dissertatione neque propositum est investigare, quibus de causis Herodotus infinitivum tam singulariter diligat, neque de forma grammatica infinitivi Herodotei disputaturus sum, sed de constructione sola verba facturus. De universa infinitivi natura satis habeo dicere me sententiam Curtii [Schulgrammatik § 566 Anm. 1, et Erläuterungen pp. 199—202] ab Albrechto [Curtii Studien IV] defensam accepisse. Sed cum usum infinitivi Herodoteum tam amplum et varium esse appareat, ut spatio unius dissertationis omnia complecti nemo possit, constitui hoc opusculo disputationem de infinitivo non omnem absolvere, sed ea, quae reliqua sunt, alii occasioni reservare. Restat igitur infinitivus post verba voluntatis; post verba potentiae (*δύναμαι* cet.); post adiectiva; post *πρίν* positus; infinitivus cum *ἄν* coniunctus; infinitivus consecutivus (*ὥστε* —); infinitivus pro imperativo usurpatus; infinitivus cum articulo positus; infinitivus epexegeticus.

Ceterum ubi usus Homericus et Atticus cum usu Herodoteo comparantur, per litteram „*A*“ significabo aliquam constructionem apud Atticos legi, per litteram „*H*“ eam Homericam esse.

Editionibus utor Steinii, semperque eum versuum numerum indicabo, qui est in editione minore.

*) Postquam haec scripta sunt, editus est libellus Ludovici Heilmanni de infinitivi syntaxi Herodotea Gissae 1879, quo uti non potui.

I. Infinitivus subiecti loco positus coniungitur

§. 1. cum verbis quae impersonalia dicuntur, *α*. generis activi:

δοκέει cum dativo personae [puto]. Infinitivus praesentis *ὡς δὲ τῷ Ἁρπάγῳ ἐδόκεε ἅλις ἔχειν τῆς βορῆς, Ἀστυάγης εἴρετό μιν* I, 119, 18. *ὡς δέ οἱ ἐδόκεε μόρσιμον εἶναι τῇ Βαβυλῶνι ἁλίσκεσθαι* III, 154, 2, ubi infinitivus subiectum est, huius autem praedicatum *μόρσιμον εἶναι*; item I, 187, 11, ubi *μηδὲν χρᾶσθαι* et *μὴ οὐ λαβεῖν* subiecta sunt verbi *ἐδόκεε*.

Ex infinitivo alter pendet acc. c. inf. perfecti *ἵνα δοκέει ἐπιτηδεώτατον ἡμέας εἶναι ἑστάναι* IX, 27, 36, quo loco dativus *ὑμῖν* apud *δοκέει* omissus est sed facile intellegitur. Item inf. aoristi et acc. c. inf. praes. *ἔδοξέ σφι χρεὸν εἶναι ἀπικέσθαι, καὶ διαταχθέντας στρατοπεδεύεσθαι* IX, 25, 14.

Adnotandum est hoc *δοκέει μοι* [puto] ab Homero non usurpari, apud Atticos saepius occurrit, ut Xen. An. I, 4, 18. Thuc. I, 91, 5.

δοκέει c. dat. personae [constituo, decerno]. Inf. praes. *Καμβύσῃ ἔδοξε πέμπειν τοὺς κατασκόπους* III, 19, 3. I, 141, 22. 172, 10. II, 17, 5. III, 46, 8. 71, 9. 71, 20. 84, 5. IV, 128, 7—8. VI, 66, 2. 77, 17. 138, 20. VII, 144, 16. 145, 5. 176, 28. 207, 6. 239, 10. VIII, 6, 7. 141, 7. IX, 23, 11. 51, 4. 86, 2—3—5. 96, 8. Dativus personae subintellegitur III, 127, 5. V, 92*δ*, 9. VIII, 108, 5. IX, 15, 14—20. 98, 5.

Inf. aor. II, 148, 2. III, 41, 7. 70, 12. 74, 3. IV, 81, 22. 139, 3. 146, 4. 160, 13. VIII, 64, 5. 101, 6. 128, 19. IX, 25, 9. Dativus personae mente addendus est VIII, 100, 20.

Singulare est *ἔδοξε Μαρδονίῳ ἅμα μὲν προπέμψαι βασιλέα, ἅμα δὲ ἀνωρίῃ εἶναι τοῦ ἔτεος πολεμέειν· χειμερίσαι τε ἄμεινον εἶναι ἐν Θεσσαλίῃ καὶ ἔπειτα ἅμα τῷ ἔαρι πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου* VIII, 113, 3—6. In hac sententia *ἔδοξε* verbum modo constituendi, modo arbitrandi vim habet. Infinitivus et acc. c. infinitivo praes. V, 36, 20—23. Item IV, 111, 8 primum infinitivus praes. et inf. aor. deinde acc. c. inf. praes. loco subiecti ponuntur; ubi ad-

notandum etiam post dativum personae addi nominativum participii pro dativo (αὐτοῖσι ἔδοξε — ἀποπέμψαι — εἰκάσαντες).

Acc. c. inf. praes. III, 134, 29. III, 62, 18, quo loco subiectum ἡμέας facile intellegitur. IV, 3, 13. 134, 18. IX, 48, 21, ubi dat. personae subintellegitur.

Acc. c. inf. praes. et aor. I, 207, 24—33. VIII, 102, 4.

De casuum in hoc usu inconstantia haec addo: ἔδοξέ μοι τὰ ἡμίσεα πάσης τῆς οὐσίης ἐξαργυρώσαντα θέσθαι παρὰ σέ VI, 86α, 21; participii in tali constructione semper fere apud Herodotum accusativus legitur, non dativus. Compara I, 3, 7. 19, 10. II, 151, 17. IV, 11, 17. V, 92γ, 25. VI, 7, 6—8. 22, 6—7. IX, 106, 15. 114, 7—9. Illius constructionis exempla non minus apud Atticos occurrunt, ut apud Xenophontem in An. IV, 1, 26. Thuc. VII, 40. Per anacoluthon post nominativum infertur dativus: ἡ οὐκ ἔχουσα διαφυγεῖν ἔμπροσθε γὰρ αὐτῆς ἦσαν ἄλλαι νέες φίλαι... ἔδοξέ οἱ τάδε ποιῆσαι VIII, 87, 7, quo loco ita oratio instituta est, quasi sequatur ἐβουλεύσατο pro ἔδοξέ οἱ. Simile est VII, 177, 4. Talis constructio etiam Atticis placuit ut ἀποβλέψας πρὸς τοῦτον τὸν στόλον... ἔδοξέ μοι πάγκαλος εἶναι Plat. Legg. 686d. δέδοκται c. dat. personae [constitutum est]. Inf. praes. εἴ τοι δέδοκται μὴ παραμένειν VIII, 100, 32. III, 85, 4. IV, 68, 21. VII, 16γ, 15 (δεδόκηται). IX, 45, 12. 74, 9 (δέδοκτο). Sine dativo VIII, 57, 4.

Hoc passivum, cuius solum perfectum vel plusquamperfectum occurrit, semper infinitivus praesentis sequitur apud Herodotum. Eadem passivi forma etiam a tragicis, ut a Sophocle Ph. 1274. Tr. 720 ceterisque usurpatur. Omnium constructionum verbi δοκέειν, quas hoc loco commemoravi, nulla legitur apud Homerum, omnes apud Atticos, ut supra diximus.

ἀποδοκέει c. dat. personae.

Inf. praes. ἀπέδοξέ σφι μὴ τιμωρέειν Ἴωσι I, 152, 8. VIII, 111, 2. Apud Herodotum cum μή [μήτε], ut Attici quoque dicere solent. Contra μή omittitur apud Xenophontem in An. II, 3, 9. Haec constructio apud Homerum non legitur.

οἶκε. Inf. praes. πολλοὺς οἶκε εὐπετέστερον διαβάλλειν ἢ ἕνα V, 97, 13, ubi οἶκε „videtur" valet. Ἔοικε apud Homerum semper cum infinitivo coniunctum idem valet quod „decet", ut Il. X, 440 cum dativo et infinitivo, Il. II, 190 cum acc. c. inf.; quae significatio a sermone Herodoteo abhorret, nec apud Atticos vulgari est, sed legitur Plat. Legg. 879c.

φαίνεται cum dativo. Inf. aor. πρὸς δέ οἱ καὶ ἀδύνατα ἐφαίνετο βασιλέα ὑπερβαλέσθαι V, 124, 5. Acc. c. inf. perf. IX, 106, 10. 11, ut Plat. Phaed. 64; apud Homerum non legitur.

καταφαίνεται cum dativo. Inf. aor. *κατεφαίνετό σφι εἶναι ἀδύνατα τὰ βασιλέος πρήγματα ὑπερβαλέσθαι* VI, 13, 8. I, 58, 3.

χρή. Inf. praes. *σκοπέειν δὲ χρὴ παντὸς χρήματος τὴν τελευτήν, κῇ ἀποβήσεται* I, 32, 49. 88, 6 *ὦ βασιλεῦ, κότερον λέγειν πρὸς σὲ τὰ νοέων τυγχάνω ἢ σιγᾶν ἐν τῷ παρεόντι χρή*. Kuehnerus, in grammatica § 474d, *χρή* interpolatum putat, infinitivum autem interrogative dici arbitratur („Frage des Unwillens"), sed haec interpretatio ex usu Herodoteo comprobari non potest. Exempla alia sunt I, 69, 3. 108, 23. 186, 6. III, 20, 3. IV, 9, 16. 115, 5. VII, 9*β*, 11.

Inf. aor. II, 179, 4. VII, 11, 13. 214, 6. 1, 8, 9.

Acc. c. inf. praes. *τέοισί με χρὴ ὄμμασι... φαίνεσθαι* I, 37, 10. 39, 9. 144, 9. II, 120, 13. VII, 8*δ*, 4. 50, 11. 52, 10. 172, 12.

Acc. c. inf. aor. I, 120, 5.

Acc. c. inf. perf. IX, 98, 16.

H, ut Il. I, 216. Od. I, 296. *A*.

ἀποχρᾷ cum dativo. Inf. praes. *ἀποχρᾷ τέ μοι Σπαρτιήτῃσι ἀρεσκόμενον ὅσια μὲν ποιέειν, ὅσια δὲ καὶ λέγειν* IX, 79, 8. I, 66, 5. VI, 137, 20. VIII, 130, 15. VIII, 14, 4, ubi „medium eadem fere notione usurpatur quam habet activa verbi forma", Schweighaeuser. Haec constructio primo Herodoto placuit, qui semper dativum personae addit. Solus infinitivus praesentis cum *ἀποχρᾶν* verbo coniunctus reperitur. Semel dativus participii ad dativum personae relatus pro infinitivo reperitur. *σφίσι ἀποχρᾶν κατὰ τὸ ἥμισυ ἡγεομένοισι* VII, 148, 25. Eadem constructio apud Hippocratem in „Mochlico" 863 legitur. Cum dativo participii Aesch. Ag. 1574. Homericum verbum non est.

ἐκχρήσει cum dativo. Inf. perf. *κῶς ταῦτα βασιλέϊ Δαρείῳ ἐκχρήσει περιυβρίσθαι* III, 137, 10.

Simillimum *καταχρήσει* cum dativo. Inf. praes. *οὐδέ οἱ καταχρήσει... ὑμέων ἀπέχεσθαι* IV, 118, 16. Inf. aor. I, 164, 6.

Utraque constructio Herodoti propria est.

ἐξαρκέει cum dativo. Inf. praes. *ἐξήρκεε ἡμῖν τοῖσι Ἀθηναίοισι ἡσυχίην ἄγειν* VII, 161, 9. *A*, ut Plat. Alc. 2, 141A, sed apud Homerum non legitur.

δεῖ. Inf. praes. *δόκησιν δεῖ λέγειν* VII, 185, 3. I, 8, 17. 42, 6. III, 155, 37. 179, 6. IV, 127, 10. V, 79, 12. VII, 8*δ*, 3. 9*β*, 10. 10*α*, 3. 10*δ*, 2. 168, 10. VIII, 143, 4. IX, 65, 9. Inf. aor. II, 29, 11. 135, 10. 161, 7. III, 57, 16. 139, 16. V, 54, 5. 62, 3. IV, 79, 1. *IX, 109, 8.*

Acc. c. inf. praes. αὐτόν σε... ἀποθνήσκειν δεῖ I, 11, 11. 11, 14. *57, 10. 67, 26. 109, 16.* II, 15, 16. 16, 7. 29, 6. 133, 12. III, 6, 9.

45, 13. 71, 15. 72, 17. 80, 18. 110, 9. V, 31, 10. VI, 58, 14. 88, 8· 135, 13. VII, 49, 9. 51, 10. 144, 14. 147, 9. 172, 9. VIII, 78α, 9. IX, 33, 26. Acc. c. inf. aor. I, 31, 10. 109, 17. 179, 2. 199, 4—15. II, 24, 2. 139, 13. III, 9, 7. 69, 4. 83, 6. IV, 80, 10. V, 4, 7. 67, 20. VII, 16γ, 17. 17, 11. 142, 20. 172, 15. VIII, 62, 9. IX, 16, 26; praeterea V, 33, 7. 92δ, 2. VI, 64, 5. VII, 23, 17. VIII, 6, 11. 53, 3. 80, 5. IX, 58, 11.

Acc. c. inf. perf. I, 12, 3.

Inf. aor. et inf. praes. III, 69, 8. I, 129, 14. De infinitivo *εἰ δεῖν* postea agetur. Adnotandum est *δεῖ* verbum, et praesertim *ἔδεε*, praeter significationem „oportet", saepe apud Herodotum vim „in fatis est (erat)" habere, ut V, 33, 7. VII, 17, 11 et alias. Sic *χρή* (*χρῆν*) I, 8, 9. II, 161, 7 et saepius.

Infinitivus *δεῖ* verbo additus non differt ab Atticorum consuetudine: nisi quod constructio quae apud illos rara est, ut *δεῖ* cum dativo et infinitivo coniungatur, vel ut apud Eur. Hipp. 940 et Xen. An. III, 4, 35, apud Herodotum non exstat. *Δεῖ* cum infinitivo nunquam, cum acc. c. inf. semel tantum apud Homerum legitur: Il. IX, 337; alias *χρή* forma utitur.

ἔστι cum dativo. Inf. praes. *ἐκέλευον... Ἠλείων μηδενὶ εἶναι ἀγωνίζεσθαι* II, 160, 22. Sine dativo VIII, 134, 17.

Inf. aor. II, 135, 9. 136, 15—17. III, 15, 10. IV, 58, 5. 77, 7. Sine dativo III, 6, 6. V, 10, 3. VI, 86α, 19. 124, 7.

Acc. c. inf. praes. *ἔστι δὲ ἐκ τῆς Πρασιάδος λίμνης σύντομος κάρτα ἐς τὴν Μακεδονίην... μετὰ δὲ τὸ μέταλλον Δύσωρον καλεόμενον ὄρος ὑπερβάντα εἶναι ἐν Μακεδονίῃ* V, 17, 11; hoc loco *ἔστι* duo significat, „exstat" et „licet", cum accusativo cum infinitivo coniunctum, ut saepe Herodotus unam formam usurpat plura significantem, cf. quae de *ἔδοξε* VIII, 113, 3—6 supra dixi.

Acc. c. inf. aor. VII, 10α, 3. 128, 17. II, 34, 6.

Haec constructio et Attica et Homerica est, nisi quod Homerus personam dativo plerumque significare solet, quamvis accusativum cum infinitivo non aspernatus: Od. II, 310. Il. XIV, 63 cet.

ἔξεστι cum dativo. Inf. praes. *μουναρχίῃ τῇ ἔξεστι ἀνευθύνῳ ποιέειν τὰ βούλεται* III, 80, 11. I, 138, 1. 183, 9. II, 18, 11. 41, 3. 160, 16. III, 31, 13. 84, 12. VII, 56, 9 [*ἐξῆν*]. VIII, 134, 9. IX, 49, 16. I, 54, 7.

Inf. aor. I, 196, 24. 197, 9. II, 37, 12—19. 166, 8. VIII, 76, 10. 134, 15. Sine dativo II, 113, 11. VIII, 73, 16.

Cum accusativo cum infinitivo *ἔξεστι* apud Herodotum rar*occurrit,* ter cum inf. praes. *ἐξῆν ἐξ ἄλλης ἐλθόντα κώμης τὸν*

λόμενον ὠνέεσθαι I, 196, 29. V, 75, 9—11, bis cum acc. c. inf. aor. III, 79, 16. II, 90, 6.

Α, ut Xen. An. VII, 1, 12. Ar. Ach. 1079. Pro *ἔξεστι* apud Atticos quoque saepe *ἔστι* ponitur. Apud Homerum *ἔξεστι* non legitur.

πάρεστι. Inf. praes. *τούτων ἀμφοτέρων πάρεστι χρᾶσθαι τοῖσί τις πείσεται λεγομένοισι μᾶλλον* II, 146, 2. III, 122, 3. V, 45, 18. VIII, 239, 8. Cum dativo VIII, 20, 11. IX, 70, 24. Inf. aor. I, 42, 5. III, 38, 11. VII, 10β, 6.

Accusativus cum infinitivo non legitur. *Πάρεστι* cum dativo et infinitivo qui apud Herodotum non legitur nisi bis, frequentissimus est apud scriptores Atticos. Ab Homeri usu eiusmodi constructio aliena est.

ἔνι. Inf. praes. *εἴ τι ποιέει, γινώσκων ποιέει, τῷ δὲ οὐδὲ γινώσκειν ἔνι* III, 81, 9.

Α, ut Soph. Tr. 296; Ant. 213 [*ἔνεστι*]. Homericum non est.

ἐγγίνεται cum dativo. Inf. praes. *οὔ οἱ ἐγγίνεται ἀρᾶσθαι ἀγαθά* I, 132, 8. VI, 38, 6.

Α, ut *ὥστε μὴ ἐγγενέσθαι μοι ποιῆσαι*, Antipho. Apud Homerum non legitur.

ἐξεγένετο cum dativo. Inf. aor. *οὐδέ οἱ ἐξεγένετο ἐπὶ πλέον ἔτι σημῆναι* IX, 23, 8. I, 78, 8. V, 51, 18. VII, 4, 7. 8β, 6. III, 142, 3. V, 105, 11.

Α, ut Ar. Eq. 851. Pax 346. Apud Homerum non exstat.

Formae *ἐγγίνεται* et *ἐξεγένετο* quarum notiones haud multum inter se discrepant apud Herodotum partes quodam modo inter se dividunt. *Ἐγγίνεται*, quae una forma *ἐγγίνεσθαι* verbi impersonaliter usurpata occurrit, nisi cum praesentis infinitivo non coniungitur. In omnibus exemplis negatio addita, excepto uno V, 105, 11. Acc. c. inf. apud neutrum verbum invenitur.

πρέπει. Inf. praes. *οὐ γὰρ ἐν τοιῷδε... στασιάζειν πρέπει* IX, 27, 34. Cum dativo IX, 79, 8.

Acc. c. inf. praes. *τὸν κείνων βασιλέα πρέπει πρὸς τὸ διπλήσιον ἀντιτάσσεσθαι* VII, 103, 8.

Infinitivus subintellegitur IV, 139, 17. VIII, 68α, 13.

Α, apud Homerum non legitur.

ἕαδε cum dativo. Inf. praes. *τοῖσι δὲ ἕαδε βαηθέειν Ἀθηναίοισι* VI, 106, 11. I, 151, 10. III, 45, 5. IV, 145, 20. 153, 4 infinitivus simplex et acc. c. inf. Inf. aor. IV, 201, 11.

Solus verbi *ἁνδάνω* aoristus exstat. Homerus hoc verbum cum dativo personae et infinitivo simplici coniungere solet, ut *Il. XV, 674.*

ἀρέσκει cum dativo. Inf. praes. *ταῦτα ἤρεσε σφι ποιέειν* VIII, 19, 14. Acc. c. inf. apud Herodotum non legitur. Homero constructio non placuit.

καταλαμβάνει. C. inf. praes. *καταλαμβάνει μιν... φεύγειν ἐς τὰ ἕλεα* II, 152, 8. IV, 33, 21. VII, 38, 11. IX, 105, 6.

C. inf. aor. III, 65, 5. 118, 2. IV, 105, 3. VI, 38, 7. 103, 4—13. VII, 155, 2. VIII, 55, 6. IX, 75, 6. 105, 6. Accusativum, qui omnibus locis additur, non subiecti, sed obiecti esse patet. Haec constructio Herodoti propria est. Memoratu dignum est subiectum *ἀναγκαίη* adiunctum interdum inveniri, ut *ἀναγκαίη κατέλαβε Ἴωνας ἀπενειχθῆναι* II, 152, 15, similiter etiam *ἀδύνατόν τι καταλελάβηκε* cum acc. c. inf. dixit, ut IX, 60, 16 et si quid simile.

συμβαίνει. Acc. c. inf. praes. *συνέβη τῆς αὐτῆς ἡμέρης ἔν τε τῇ Σικελίῃ Γέλωνα καὶ Θήρωνα νικᾶν Ἀμίλκαν, καὶ ἐν Σαλαμῖνι τοὺς Ἕλληνας τὸν Πέρσην* VII, 166, 3. IX, 101, 9, ubi accusativus mente intellegendus, sed ibidem versu 7 *συμβαίνει* cum participio coniunctum est: *ὀρθῶς σφι ἡ φήμη συνέβαινε ἐλθοῦσα.*

Acc. c. inf. aor. III, 50, 6, sed VI, 103, 6 infinitivum aoristi cum dativo personae, postea acc. c. inf. positum videmus: *αὐτῷ φεύγοντι Ὀλυμπιάδα ἀνελέσθαι τεθρίππῳ συνέβη, καὶ ταύτην τὴν νίκην ἀνελόμενόν μιν τὠυτὸ ἐξενείκασθαι.*

A, ut Thuc. II, 61 cet. Comparandum Platonicum illud *συμβαίνει εἶναι* vel *γίγνεσθαι.* Apud Homerum non legitur.

συγκυρέει. Acc. c. inf. aor. *συνεκύρησε γενέσθαι καὶ ἐν Μυκάλῃ [τρῶμα]* IX, 90, 2, ubi accusativus subiecti subintellegendus est. Constructio Herodoti propria esse videtur. Cum participio subiecto addito VIII, 87, 16.

συμπίπτει. Acc. c. inf. perf. *συνέπιπτε γὰρ καὶ τὸν ἐστιγμένον ἀπῖχθαι* V, 35, 8, ubi idem fere valet quod *συμβαίνει.* Cum participiis item coniungitur ut V, 36, 2 cet. Ab Homerico usu abhorret, cum acc. c. inf. copulatum apud Thuc. exstat, ut IV, 68.

συμφέρει. Acc. c. inf. aor. *συνήνεικε αὐτὸν Δαρεῖον... ἀποθανεῖν* VII, 4, 5. I, 73, 16. III, 4, 1. 42, 2. 129, 4. 133, 2. V, 12, 3. 22, 15. VI, 117, 4. VII, 10β, 4. 88, 1—2. 117, 2. 133, 10.

συμφέρεται. Acc. c. inf. aor. *συνηνείχθη τι τοιόνδε γενέσθαι πρῆγμα* I, 19, 3. II, 111, 3. V, 33, 7. VI, 86α, 4.

Acc. c. inf. praes. VIII, 104, 5.

Haec constructio etiam apud Thucydidem legitur, ut I, 23; ab Homerico sermone aliena est. Herodotus etiam participiali constructione utitur, ut *τὰ... ἄλλα αὐτῇ συνήνεικε ἐς αἰσχίαν γενόμενα* VIII, 88, 11. Additur etiam *ὥστε*, ut I, 74, 8.

παρέχει cum dativo. Inf. praes. *καί μοι παρέχει ὑμέων ἄρχειν* III, 142, 10. V, 98, 12. VIII, 30, 8. 100, 20. Sine dativo personae VII, 120, 10. Inf. aor. 3, 73, 2.*)

Acc. c. inf. aor. VIII, 75, 16.

Ad *παρέχει* primo *ὁ θεός* vel *ὁ καιρός* vel si quid simile additum esse putant Kuehnerus (Ausführliche Grammatik § 352) et Schweighaeuserus (Lexicon Herodoteum, sub *παρέχειν*); sed mihi videtur *παρέχει* intransitive pro *ἔξεστι* „licet" dictum esse, ut apparet ex acc. c. inf. supra memorato, et ex *παρέχον* accusativo absolute posito, de quo postea plura.

A, ut Eur. Electra 1080 cet., nunquam vero apud Homerum invenitur.

διαφέρει cum dativo. Inf. aor. *οὐδέ τί οἱ διέφερε πληγέντι ἀποθανεῖν* I, 85, 14 semel occurrit. Similiter apud Demosth. XXII, 55 *τί δοῦλον ἢ ἐλεύθερον εἶναι διαφέρει.* Apud Homerum non legitur.

φέρει Acc. c. inf. aor. *ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνὸν ἐς αἰσχύνην μεγάλην φέρει* I, 10, 12.

φέρει ἐπί τι [prodest] cum dativo. Inf. praes. *ἐπ' ἀμφότερα δέ τοι φέρει ταῦτα ποιέειν* III, 134, 9.

κόσμον φέρει cum dativo. Inf. praes. *παρεόντων τῶν συμμάχων οὐκ ἔφερέ οἱ κόσμον οὐδένα κατηγορέειν* VIII, 60, 6 = „nequaquam eum decebat accusare socios". Similiter VIII, 142, 6 *κόσμον φέρον.* Confer Aristoph. Nub. 914. Hae locutiones Homericae non sunt.

προσῆκε. Acc. c. inf. praes. *τὸν οὐ προσῆκε ἀδικέοντι τῷ ἀδελφεῷ ἐπιτράπειν* II, 120, 22. Sola accusativi cum infinitivo constructio apud Herodotum, eaque semel tantum occurrit, frequentissima vero apud Atticos est, ut Eur. Orest. 1071. Xen. An. III, 2, 15. Apud Atticos etiam cum dativo et infinitivo, ut Soph. El. 1213. Homerus verbum ignorat.

ἐπιβάλλει c. inf. aor. *τοὺς Δελφοὺς ἐπέβαλλε τεταρτημόριον τοῦ μισθώματος παρασχεῖν* II, 180, 5. Hoc uno loco verbum cum accusativo iunxit Herodotus, cum alias perinde atque ceteri scriptores cum dativo connectat, ita ut hoc quoque loco dativus *τοῖς Δελφοῖς* expectandus fuerit. Schweighaeuserus [sub *ἐπιβάλλειν*] „verbum" inquit „*ἐπέβαλλε* non tanquam regens accusativum casum,

---

*) *ἡμῖν κότε κάλλιον παρέξει ἀνασώσασθαι τὴν ἀρχήν, ἢ εἴ γε μὴ οἷοί τε ἐσόμεθα αὐτὴν ἀναλαβεῖν ἀποθανεῖν* III, 73, 2; in his Baehrius vertit *κάλλιον... ἢ* „pulchrius quam", sed ex ipso sententiarum conexu effici mihi videtur, ut *ἢ* non „quam", sed „aut" valeat.

sed tanquam absolute positum intellegi debebit", alioquin dativum ponendum coniicit. Steinius [in adnotatione ad II, 180, 5] accusativum cum infinitivo e similitudine verbi *ἔδεε* dictum esse arbitratur, id quod mihi quidem magis probatur propterea quod Herodotum saepe varias constructiones inter se mutare, si utraque similis rationis est et supra demonstravimus (vid. p. 5 sub *ἔστι*) et ex aliis exemplis facile colligitur. Haec constructio neque Attica est neque Homerica.

ἐπέρχεται cum dativo. Inf. aor. *καί οἱ ταῦτα διέποντι ἐπῆλθε πταρεῖν τε καὶ βῆξαι* VI, 107, 13. *A*, ut Soph. Tr. 135. Cum accusativo personae et infinitivo Plat. Phaed. 88 c. Apud Homerum non legitur.

ἐσέρχεται cum acc. personae. Inf. aor. *ἐσῆλθε γάρ με λογισάμενον κατοικτεῖραι ὡς βραχὺς εἴη ὁ πᾶς ἀνθρώπινος βίος* VII, 46, 7. Acc. c. inf. praes. *τὸν δὲ ὡς ἐσῆλθε θεῖον εἶναι τὸ πρῆγμα γράφει* III, 42, 18. Cum *ὡς* cum optativo VIII, 137, 16. Ab Homero alienum est.

μέλει cum dativo. Inf. praes. *οὐδέ σφι μελήσει πρὸ τῶν Ἀθηνέων ναυμαχέειν* VIII, 68β, 12. *A*, ut Soph. Ai. 701; *H*, ut Od. XVI, 465 *οὐκ ἔμελέν μοι ταῦτα μεταλλῆσαι καὶ ἐρέσθαι*, ubi Ameisius *ταῦτα* subiectum esse censet, ego vero infinitivos *μεταλλῆσαι καὶ ἐρέσθαι* loco subiecti positos esse arbitror. Cum *ὅτι* cum indicativo IX, 72, 9.

ἱκνέεται cum acc. personae. Inf. praes. *τοῦ δὲ ἑτέρου φαμὲν ἡμέας ἱκνέεσθαι ἡγεμονεύειν* IX, 26, 32, ubi *ἱκνέεσθαι* „convenire" valet, sed hac significatione solum aut praesens aut imperfectum ponitur. Infinitivus subintellegitur [*κεκάρθαι*] II, 36, 4. Cum *ἐς* cum accusativo et infinitivo iungitur VI, 57, 22. Ab Homero alienum est.

ἀπίκετο cum *ἐς* cum acc. personae. Inf. praes. *ἐς Δαρεῖον ἀπίκετο γνώμην ἀποφαίνεσθαι* III, 71, 3.

σύγκειται. Inf. praes. *ἐούσης τῆς ὥρης, ἐς τὴν συνέκειτό σφι ἀπαλλάσσεσθαι* IX, 52, 5 cum dativo. *A*, ut Thuc. IV, 68, sed apud Homerum non exstat.

πρόσκειται cum dativo. Inf. praes. *προξείνους ἀποδεικνύναι τούτοισι προσκεῖσθαι* VI, 57, 11.

λυσιτελέει cum dativo. Inf. praes. *οὐ γάρ οἱ λυσιτελέειν τῶν ἑωυτοῦ ἐξημεληκότα τοῖσι πέλας δι' ἡμέρας δικάζειν* I, 97, 6. *A*, sed apud Homerum non legitur.

ἔχει in locutionibus his:

ἔχει φύσιν. Acc. c. inf. aor. *ἔτι ἕνα ἐόντα τὸν Ἡρακλέα καὶ*

ἔτι ἄνθρωπον, κῶς φύσιν ἔχει πολλὰς μυριάδας φονεῦσαι II, 45, 15, ubi φύσιν ἔχει „potest per rerum naturam fieri" valet.

αἰτίην ἔχει cum dativo. Acc. c. inf. aor. *αἰτίην δὲ ἔσχε Ἀθηναίοισι ἐξ Ἀλκμεωνιδέων μηχανῆς αὐτοὺς ταῦτα ἐπινοηθῆναι* VI, 115, 7. *Αἰτίη ἔχει* cum acc. c. inf. V, 70, 5 legitur. Attici hoc personaliter dicere solent: *ἐν αἰτίᾳ εἶναι* vel *γίγνεσθαι*, vel *αἰτίαν φέρεσθαι*, ut Thuc. II, 60 cet.

ἀναγκαίως ἔχει. Acc. c. inf. aor. *ὥς σφεα ἀναγκαίως ἔχει δεκατευθῆναι τῷ Διί* I, 89, 12. VIII, 144, 13.

Inf. aor. simplex VII, 51, 4 et cum dativo personae: *ἀναγκαίως σφι ἔχειν μηνῖσαι* VII, 229, 20.

Inf. praes. cum dativo VIII, 140α, 9. IX, 27, 7. Compara Soph. Tr. 723.

καλῶς ἔχει cum dativo. Inf. praes. *αὐτῷ δὲ ἀπιέναι οὐ καλῶς ἔχειν.* VII, 220, 8. *A*, ut Xen. An. III, 11, 1.

εὖ ἔχει cum dativo. Inf. aor. *εὖ γὰρ ἔχει... ἡμῖν ἐν τῇ Ἑλλάδι καταμείναντας ἡμέων τε αὐτῶν ἐπιμεληθῆναι* VIII, 109, 20.

Acc. c. inf. aor. VIII, 144, 17.

δυνατῶς ἔχει cum dativo. Inf. praes. *οὔκων ἐξαναχωρέειν οὐδετέροισι δυνατῶς ἔχει* VII, 11, 15.

εὐπρεπέως ἔχει cum dativo. Inf. aor. *αὐτῷ... οὐκ ἔχειν εὐπρεπέως ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν* VII, 220, 4.

Hae locutiones cum infinitivo iunctae apud Homerum non leguntur, sed apud Atticos plurimae exstant, ut supra adnotatum est.

προέχει. Inf. perf. *οὐ γάρ τι προέχει τούτων ἐπιμεμνῆσθαι* IX, 27, 23. Constructio Herodoti propria est.

παρίσταται cum dativo. Inf. praes. *οὐδεὶς οὕτω ἄνθρωπος ἐὼν εὐδαίμων πέφυκε... τῷ οὐ παραστήσεται πολλάκις καὶ οὐκὶ ἅπαξ τεθνάναι βούλεσθαι* VII, 46, 14.

A, ut Plat. Phaed. 58 e cet., Homero non placet.

τίκτει. Inf. aor. *ἐπειχθῆναι πᾶν πρῆγμα τίκτει σφάλματα* VII, 10ζ, 1.

§ 2. Similiter atque apud verba modo enumerata legitur infinitivus etiam post participia quaedam absolute posita, quae constructio primum apud Herodotum occurrit, postea etiam apud Atticos, ut:

παρεόν cum dativo. Inf. praes. *παρεόν σφι τούτων τὰ ἕτερα ποιέειν* VII, 229, 7.

Inf. aor. I, 129, 11. VI, 72, 4. 82, 3. 137, 23. VII, 24, 5. *107, 8. 229, 5—7.* VII, 164, 13 dativo subintellecto. *A*, ut Soph. *Phil. 1099 cet.*

ἐξεόν cum dativo. Inf. praes. *ἐξεόν τοι τῶνδε τὰ ἕτερα ποιέειν* IV, 126, 4. Inf. aor. VII, 230, 3. Confer Aesch. Pr. 649.

παρέχον. Inf. praes. *παρέχον τῆς Ἀσίης πάσης ἄρχειν* V, 49, 47. Simile est *παρασχόν* cum infinitivo apud Thuc. in I, 120 cet.

εἰρημένον. Acc. c. inf. praes. *ὀρθῶς εἰρημένον ἐν τοῖσι Θερμοῖσι ταχὺ παραγίνεσθαι τὰ κέρεα* IV, 29, 6. Confer Thuc. V, 30.

μεταδεδογμένον cum dativo. Inf. praes. *μεταδεδογμένον μοι μὴ στρατεύεσθαι* VII, 13, 12.

§ 3. *β*. Infinitivus subiecti loco positus coniungitur cum passivis quae impersonalia dicuntur, ut:

λέγεται. Acc. c. inf. praes. *λέγεται Κῦρον ἐπείρεσθαι τοὺς παρεόντας* I, 153, 2. I, 75, 12 in oratione obliqua, ipso verbo omisso. I, 87, 7—12. 214, 5—7—11. III, 9, 16. 116, 4. IV, 194, 3. VI, 44, 14. VII, 129, 21—23. III, 34, 9—10. 35, 1—9. V, 105, 7—10. VI, 61, 24—27—28. VII, 150, 15—18. 170, 6—9—12—15.

Acc. c. inf. aor. I, 75, 14—16. 87, 4—8—9. 91, 3. 153, 5. 159, 14—18—20. II, 30, 22. 182, 12. III, 9, 13—14. 26, 9. 34, 2—5—7. 35, 8—11—17. V, 105, 9—11—12. VI, 61, 24—25—26—30—31. VII, 56, 5. 130, 6. 150, 5—14. 167, 5. 170, 3—10—13—14. 193, 9. 212, 3. 232, 2—4. VIII, 118, 14. IX, 82, 1—21. 120, 2.

In VII, 170, 16 post *ἀπὸ δὲ Ὑρίης πόλιος τὰς ἄλλας οἰκῆσαι* sequitur longa expositio quae incipit a sententia relativa, mox oratione recta continuatur. In capite subsequenti (in versu 4) post *ὡς λέγουσι* oratio obliqua redintegratur. Transitio subita est, ut in aliis exemplis, quorum postea mentio fiet.

Notandum est I, 191, 26. Hoc loco infinitivus sequitur *ὡς λέγεται*, ut saepe fit apud Herodotum post *ὡς λέγουσι* et similia, de quibus infra disseremus.

Peculiari mentione dignum est *λέγεται δὲ ὡς αὐτός σφεας ἀπέπεμψε Λεωνίδης μὴ ἀπόλωνται κηδόμενος· αὐτῷ δὲ καὶ Σπαρτιητέων τοῖσι παρεοῦσι οὐκ ἔχειν εὐπρεπέως ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν* VII, 220, 4. Hoc loco *ἔχειν* ex *ἐνόμιζε* (Matthiae) vel *ἔφη* (Krueger) subintellegendo pendere videtur, mutato *αὐτῷ* in *ἑωυτῷ*.

A, sed ab Homero alienum est.

εἴρηται. Acc. c. inf. praes. *ἐνθαῦτα γὰρ εἴρηται συλλέγεσθαι πάντα τὸν... στρατόν* VII. 26, 4.

προείρητο cum dativo. Inf. praes. *αὐτῷ προείρητο ἀπικομένῳ περιμένειν* VII, 58, 5. VIII, 42, 4 sine dativo. *A*, ut Thuc. II, 84 *προείρητο αὐτοῖς μὴ ἐπιχειρεῖν*. Apud Homerum non legitur.

ὁμολογέεται. Acc. c. inf. aor. *ὁμολογέεται ὑπ' Ἀθηναίων ἕνα μοῦνον τὸν ἀποσωθέντα αὐτῶν ἐς τὴν Ἀττικὴν γενέσθαι.* V, 87, 4.

A, apud Homerum non exstat.

βουλεύεται. Acc. c. inf. praes. *εἰ δ' ἄρα τοι βεβούλευται αὐτὸν ἀπελαύνοντα ἀπάγειν τὴν στρατιήν, ἄλλην ἔχω καὶ ἐκ τῶνδε βουλήν* VIII, 100, 24.

Acc. c. inf. aor. V, 92γ, 14. Herodoti proprium esse videtur.

ἐξαγγέλλεται. Accus. c. inf. praes. *ἐξαγγέλλεται... Ἀρτύβιον... προσδόκιμον ἐς τὴν Κύπρον εἶναι* V, 108, 8.

Acc. c. inf. aor. V, 105, 2.

A, ut Xen. Hell. III, 2, 18 cet. Homero non placet.

καταγορέεται. Inf. praes. *σφέων μεγάλως κατηγόρητο μηδίζειν* VII, 205, 15. Apud Xen. in Hell. V, 2, 35 *κατηγορεῖταί τινος ὡς βαρβαρίζει*, apud Homerum non legitur.

μαντεύεται. Acc. c. inf. aor. *ἐμαντεύθη σφι τὴν μὲν κεφαλὴν κατελόντας θάψαι* V, 114, 8. Hoc verbum aliis locis deponens est. Aoristus passivus Herodoti proprius, qui etiam *τὰ μεμαντευμένα* V, 45, 6 passive dicit.

νομίζεται [more receptum est]. Acc. c. inf. praes. *ὅτι νομιζόμενον εἴη πρὸς πάντων ἀνθρώπων τὸν πρεσβύτατον τὴν ἀρχὴν ἔχειν* VII, 2, 12. VI, 138, 26.

A, ut Ar. Nub. 498 cet. Homero non placet.

χρέεται [*χρᾶται*]. Acc. c. inf. fut. *ἐκέχρηστό σφι... τοῦτον ἁπάσης βασιλεύσειν Αἰγύπτου* II, 147, 17. II, 139, 11. III, 64, 16. VI, 76, 2 accusativo subintellecto.

Inf. praes. VII, 178, 4.

Acc. c. inf. aor. VII, 220, 13.

Simile est *ἐπειρωτῶσι δέ σφι ταῦτα χρηστήριον ἐγένετο ἐκδιδόναι Πακτύην Πέρσῃσι* I, 158, 4. Constructio Homerica non est, apud Thucydidem [III, 96] *χρησθέν* cum infinitivo in constructione accusativi absoluti.

κυροῦται. Inf. praes. *ἐκεκύρωτο συμβάλλειν* VI, 110, 3. VIII, 56, 7. Constructio Herodoti propria esse videtur.

προστάσσεται cum dativo. Inf. praes. *Ἀβυδηνοῖσι γὰρ προσετέτακτο ἐκ βασιλῆος κατὰ χώρην μένουσι φύλακας εἶναι* VII, 95, 9. VII, 21, 8. 24, 9. 39, 17. IX, 104, 2. Cum acc. c. inf. Xen. Cyr. VIII, 6, 3. Ab Homero alienum est.

ἐντέλλεται cum dativo. Inf. aor. et praes. *αὐτοῖσι ἐντετάλται ἀποκρίνασθαι καὶ δὴ λέγειν* VII, 149, 13. Constructio Herodoti propria esse videtur.

πεπρωμένον ἐστί. Acc. c. inf. praes. *ἐνθαῦτα Καμβύσεα*

τὸν Κύρου ἐστὶ πεπρωμένον τελευτᾶν III, 64, 24. Forma *πέπρωται* apud Homerum cum acc. c. inf. legitur, ut Il. XVIII, 329, et apud Atticos, ut Eur. Alc. 21; cum dativo personae et infinitivo, ut Aesch. Pr. 519, sed Aesch. Pr. 753 *ὅτῳ θανεῖν μέν ἐστι μὴ πεπρωμένον*. Haec passiva, quae impersonalia dicuntur, apud Homerum nondum occurrunt, excepto *πέπρωται* illo, sed apud posteriores scriptores saepissime leguntur.

§ 4. *Εἶναι* cum substantivis vel adiectivis coniunctum saepissime infinitivum postulat

α. cum substantivis, ut

συγγνώμη cum dativo. Inf. praes. *συγγνώμη μέν, ὦ πάτερ τοι ἰδόντι γε ὄψιν τοιαύτην περὶ ἐμὲ φυλακὴν ἔχειν* I, 39, 3 *ἐστί* subintellecto. Cum dativo personae legitur etiam apud Thucydidem VIII, 50, cum acc. c. inf. IV, 61 cet. Homericum non est.

νόμος cum dativo. Inf. praes. *τὰς δὲ βασιληίας ἱστίας νόμος Σκύθῃσι τὰ μάλιστά ἐστι ὀμνύναι* IV, 68, 7. I, 90, 10—25 *ἐστί* subintellecto. 132, 16. III, 16, 18. V, 18, 10. 88, 11.

Inf. perf. III, 36, 4.

Acc. c. inf. aor. *νόθον οὔ σφι νόμος ἐστὶ βασιλεῦσαι* III, 2, 9. 136, 10. IV, 172, 13 sine dativo.

A, ut Xen. An. VII, 3, 28. Cyr. I, 4, 28. Homericum non est.

Simile est *ἀποφέρειν τὸ χρυσίον ἔκειτο νόμος* I, 196, 28.

λόγος. Acc. c. inf. praes. *τὴν δὲ Θεσσαλίην λόγος ἐστὶ τὸ παλαιὸν εἶναι λίμνην* VII, 129, 2. II, 75, 11. III, 105, 10. 115, 6. IX, 26, 13.

Acc. c. inf. perf. III, 5, 10.

Acc. c. inf. aor. VII, 198, 13. VIII, 55, 6.

Memoratu dignum est *Σαυροματέων πέρι ὧδε λέγεται· ὅτε Ἕλληνες Ἀμαζόσι ἐμαχέσαντο … τότε λόγος τοὺς Ἕλληνας … ἀποπλέειν … τὰς δὲ ἐν τῷ πελάγεϊ ἐπιθεμένας ἐκκόψαι τοὺς ἄνδρας. πλοῖα δὲ οὐ γινώσκειν αὐτὰς οὐδὲ πηδαλίοισι χρᾶσθαι* IV, 110, 6. In hoc exemplo infinitivus post *ὧδε* expectandus fuit, sed interiecta primum sententia temporali, deinde longiore parenthesi, Herodotus rursus incipit a *τότε λόγος* [*ἐστί*] cum infinitivo. Postea subito transit in orationem rectam.

A, apud Homerum non legitur.

ἀνάγκη cum dativo. Inf. praes. *τρέφειν τοὺς τοκέας τοῖσι παισὶ οὐδεμία ἀνάγκη* II, 35, 20. IV, 43, 12.

Inf. aor. II, 22, 13. V, 52, 24.

Inf. perf. II, 65, 20.

Inf. aor. et inf. praes. V, 52, 7. Acc. c. inf. praes. VI, 58, 6. I, 138, 5.

Acc. c. inf. aor. I, 112, 10. 137, 10. II, 90, 5. IV, 179, 18.

A, sed Homericum non est.

οὐδεμία μηχανή. Inf. perf. *ἔστι τοι οὐδεμία μηχανὴ μὴ οὐκ ἀπολωλέναι* cum dativo personae II, 181, 11.

Acc. c. inf. aor. III, 51, 7.

Apud Plat. Phaed. 86a infinitivus sine negatione legitur. Apud Homerum non reperitur. *οὐδεμία μηχανὴ ὅπως οὐ* cum indicativo futuri Herodotus II, 160, 19 dixit.

μωρίη. Inf. praes. *ὡς γέ τι μᾶλλον οὗτοι Ἴωνές εἰσι τῶν ἄλλων Ἰώνων... μωρίη πολλὴ λέγειν* I, 146, 4 *ἐστί* subintellecto. *Μωρίη ἐστί* cum infinitivo Herodoti proprium est.

κίνδυνος cum dativo. Inf. aor. *κίνδυνος πάσῃ Μέμφι κατακλυσθῆναί ἐστι* II, 99, 15.

A, ut Xen. An. V, 1, 6, Homero non placet.

ὥρη cum dativo. Inf. praes. et acc. c. inf. praes. *ὥρη ἂν εἴη ὑμῖν ἐκβάντας τάσσεσθαι πεζῇ ἡμέας δὲ ἐς τὰς νέας ἐσβαίνειν* V, 109, 7—8.

Inf. aor. et inf. praes. III, 85, 13.

A ut Xen. An. I, 3, 11 cet.; *H*, ut Od. XI, 374, 428 cet., cum infinitivo simplici et cum acc. c. inf.

πρῆγμα cum dativo. Inf. praes. *εὕρισκε πρῆγμά οἱ εἶναι ἐλαύνειν... ἐπὶ τὰς Σάρδις* I, 79, 4. IV, 11, 11—12. VII, 12, 4. 130, 9.

Acc. c. inf. praes. I, 207, 8.

A, ut Plat. Euthyphr. 3d. Homero non placuit.

ὄνειδος καὶ ἄλγος cum dativo. Acc. c. inf. praes. *Ἰώνων παῖδας δούλους εἶναι... ὄνειδος καὶ ἄλγος μέγιστον μὲν αὐτοῖσι ἡμῖν* V, 49, 9. *ὄνειδός ἐστι* cum infinitivo apud Eur. Andr. 410.

κέρδος cum dativo. Acc. c. inf. perf. *τὴν... κέρδος μέζον ἔφη εἶναι Σπαρτιήτῃσι κατὰ τῆς θαλάσσης καταδεδυκέναι* VII, 235, 8. Cum infinitivo apud Ar. Eccl. 610—611. Apud Homerum non exstat.

καιρός. Acc. c. inf. aor. *ἡμέας καιρός ἐστι προβοηθῆσαι ἐς τὴν Βοιωτίην* VIII, 144, 30. Acc. c. inf. praes. et aor. IV, 139, 16—17.

A, ut Soph. El. 22. Aesch. Pr. 523. Homericum non est.

ὁσίη cum dativo. Inf. praes. *τοῖσι οὐδὲ κτήνεα ὁσίη θύειν ἐστί* II, 45, 10. Sine dativo II, 171, 7. *H*, ut Od. XVI, 423. XXII, 412.

λόγιον cum dativo. Inf. praes. *ἡμῖν λόγιόν ἐστι τῶν ἐχθρῶν κατύπερθε γενέσθαι* VIII, 60, 33. IV, 178, 7.

πᾶς ὁ ἀγών cum dativo. Inf. praes. *ἦν δὲ πᾶς ὁ ἀγὼν τοῖσι*

κατὰ θάλασσαν... τὴν ἐσβολὴν φυλάσσειν VIII, 15, 9, et VIII, 209, 11 *ἀγὼν μέγιστος*. Simile est *ἀγὼν προκέεται* cum inf. VII, 11, 16. Apud Eur. Med. 235 *ἀγὼν μέγιστος* cum infinitivo. Homero constructio non placuit.

δέννος. Inf. aor. *γυναικὸς κακίω ἀκοῦσαι δέννος μέγιστός ἐστι*. IX, 107, 9. Praeter Herodotum apud scriptores recentiores demum legitur.

β. Addito substantivo cum praepositione coniuncto, ut

ἐν ἡδονῇ cum dativo. Acc. c. inf. aor. *καί οἱ πάντως ἐν ἡδονῇ ἐστι γενέσθαι στρατηλασίην ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα* VII, 15, 12.

ἐν νόμῳ cum dativo. Inf. praes. *οὔτε γάρ σφίσι ἐν νόμῳ εἶναι ἄνθρωπον προσκυνέειν οὔτε κατὰ ταῦτα ἥκειν* VII, 136, 7.

ἐν σοί. Inf. aor. *ἐν σοὶ νῦν ἐστι σῶσαι τὴν Ἑλλάδα* VIII, 60, 7. VI, 109, 11—12.

ἐν τούτῳ cum dativo. Inf. praes. *ἐν τούτῳ ἐστι ἢ βασιλέα εἶναι ἢ μή* III, 85, 9.

ἐπ' ἡμῖν. Inf. perf. *ἐπ' ἡμῖν ἐστ ιτῆς γῆς ἐστερῆσθαι καὶ πρὸς ἠνδραποδίσθαι ὑμέας* VII, 29, 7.

ἐν νόῳ. Inf. praes. *τί σοι ἐν νόῳ ἐστὶ ποιέειν* I, 109, 6. Similiter cum *ἐγένετο* IX, 46, 16. In eiusmodi exemplis habemus constructiones, quarum prima vestigia apud Homerum apparent, ab Herodoto auctas et amplificatas; Atticus vero talium constructionum usus ab Herodoteo nihil fere discrepat.

γ. Cum adiectivis et participiis neutris, ut

χρεόν. Inf. praes. *ταῦτα χρεόν ἐστι λέγειν* IX, 16, 24. II, 35, 18. VI, 23, 8. VIII, 3, 3. 75, 5. IX, 23, 10. 53, 19. 54, 10.

Inf. aor. et inf. praes. IX, 106, 8.

Acc. c. inf. praes. *χρεόν ἐστι ὑμέας μάχας ἀναβάλλεσθαι* V, 49, 43. I, 41, 11. 57, 3. V, 50, 7. 109, 10—19. 111, 14—18. VI, 43, 14. 84, 9. VII, 160, 14. VIII, 74, 10. 79, 12. 141, 4. IX. 46, 13. 58, 18.

Acc. c. inf. aor. II, 55, 6. V, 89, 19. VII, 6, 25. IX, 17, 19. 42, 13—14. 46, 5.

Acc. c. inf. praes. et perf. IX, 41, 9—12.

Herodotus *χρεόν ἐστι* fere pro *χρή* vel saepius pro „in fatis est“ usus est.

A, ut Soph. O. T. 633, Thuc. V, 49 cet. Apud Homerum non obvium est.

οἰκός. Inf. praes. *οὐ γάρ φασι οἰκὸς εἶναι θεὸν ἐξευρίσκειν* IV, 79, 12.

Acc. c. inf. praes. *οἰκὸς καὶ ἐμὲ μᾶλλον ὑμέων περιέχεσθαι*

VII, 160, 8. I, 42, 4. 137, 12. II, 27, 3 accusativo subintellecto. 22, 9. 24, 8—9. 38, 9. 56, 9. 81, 16. 93, 27. 134, 7. VII, 3, 11. 104, 10. 150, 10—13. IX, 122, 10.

Acc. c. inf. aor. VII, 5, 9.

Acc. c. inf. aor. et praes. IX, 26, 14.

Acc. c. inf. perf. II, 125, 22.

Acc. c. inf. fut. VIII, 68*β*, 11.

A, ut Soph. El. 1026 cet., apud Homerum non exstat.

δυνατόν cum dativo. Inf. aor. *εἰ δὲ ὑμῖν ἐστι τοῦτο μὴ δυνατὸν ποιῆσαι* VII, 22, 9.

Acc. c. inf. aor. IX, 111, 3,

ἀδύνατα (*ἀδύνατον*). Inf. aor. *μοῖραν ἀδύνατά ἐστι ἀποφυγεῖν καὶ θεῷ* I, 91, 4. III, 43, 2, his locis cum dativo copulatum.

Acc. c. inf. aor. I, 32, 41.

Acc. c. inf. praes. III, 82, 17.

Hae constructiones apud Atticos frequentissimae, apud Homerum non leguntur.

ἄξιον. Inf. praes. *τοῦ μάλιστα μνήμην ἄξιον ἔχειν ἐστί* I, 14, 6. II, 111, 24.

Inf. aor. III, 47, 12.

Acc. c. inf. praes. *τούτου ἄξιον πολλαχοῦ μνήμην ἐστὶ πάντα τινὰ ἔχειν* VI, 122, 2.*)

ἄξιον cum dativo personae apud Atticos quidem pervulgatum (Aesch. Cho. 960 cet.) apud Herodotum non exstat. Apud Homerum cum acc. c. inf. Il. XIII, 446.

ὅσιον cum dativo. Inf. praes. *οὔ μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν* VI, 81, 5. VIII, 37, 5. Sine dativo II, 86, 6 et 170, 3.

Acc. c. inf. aor. II, 81, 9.

Apud Homerum non *ὅσιον* cum infinitivo, ut apud Herodotum et Atticos, sed *ὁσίη* solum legitur.

δίκαιον. Inf. praes. *θεῷ οὐ δίκαιον εἶναι λέγοντες νέμειν νεκρὸν ἀνθρώπου* III, 16, 13. V, 84, 7.

Acc. c. inf. praes. *ἐμέ τοι δίκαιόν ἐστι φράζειν* I, 39, 4. II, 110, 11. IV, 145, 18 [*δικαιότατον*]. V, 31, 10. VII, 10*α*, 15. 235, 3. VIII, 68*α*, 5. IX, 26, 37.

A et *H*, ut Xen. An. II, 5, 41 cet.; Od. XX, 294.

ἀμήχανον. Inf. aor. *ἐπινοήσας τὰ ἦν ἀμήχανον ἐξευρεῖν τε καὶ ἐπιφράσασθαι* I, 48, 11. IX, 16, 27.

---

*) Hoc totum caput [VI, 122] Steinius interpolatum esse arbitratur. A *dialecto Herodotea nihil* discrepat, constructiones quaedam per imitationem *Herodoti factae, ut* ex allato exemplo apparet.

Acc. c. inf. aor. I, 204, 11.

A. Apud Homerum constructio personalis legitur, ut Il. X, 167, non impersonalis.

δεινόν. Inf. aor. *καὶ λόγῳ ἀκοῦσαι δεινόν* VII, 10γ, 11 *ἐστί* subintellecto.

A; apud Homerum non exstat.

οἷα [*οἷον*]. Inf. praes. *ἀνὰ τὸν ποταμὸν γὰρ δὴ οὐκ οἷά ἐστι πλέειν* I, 194, 24. II, 29, 21. Inf. aor. IV, 47, 11. 53, 5. 184, 14. VII, 208, 9. VIII, 133, 5. IX, 80, 14.

Acc. c. inf. praes. V, 20, 16. VIII, 22, 12.

Acc. c. inf. aor. IV, 152, 15. IX, 109, 18.

A. Ab Homero alienum est.

Simile est *οἷον* cum *ἐγένετο* I, 91, 10.

φίλον cum dativo. Inf. praes. *πυθόμενος πρότερον εἰ οἱ φίλον εἴη γνώμην ἀποδέκεσθαι* IV, 97, 10.

Acc. c. inf. praes. I, 108, 22.

Acc. c. inf. aor. I, 87, 21.

H, ut Il. IV, 372 cetera.

ἀγαθόν. Inf. praes. *ἀγαθὸν μηδὲ διανοέεσθαι περὶ παρακαταθήκης ἄλλο γε ἢ ἀπαιτεόντων ἀποδιδόναι* VI, 86 δ, 7 *ἐστί* subintellecto III, 36, 4 [*ἀγαθόν τι*]; sic etiam:

ἄμεινον. Inf. perf. I, 31, 18 cum dativo personae.

Acc. c. inf. praes. III, 148, 14. V, 124, 7.

Acc. c. inf. aor. IX, 5, 5.

κρέσσον. Inf. praes. III, 52, 19.

Inf. aor. VI, 12, 19—20. VIII, 100, 8.

Acc. c. inf. praes. VII, 50, 6. VIII, 19, 11.

Acc. c. inf. aor. V, 18, 21. IX, 17, 20.

ἄριστον. Inf. aor. I, 155, 5.

Hae constructiones Atticae sunt; apud Homerum *ἀγαθόν ἐστι*, ut Il. VII, 282, cet., et *ἄμεινόν ἐστι*, ut Il. I, 274 cum infinitivo leguntur, non *κρεῖσσον* nec *ἄριστον*.

ἡδύ τι cum dativo. Inf. praes. *νῦν μοί σε ἡδύ τι ἐστὶ εἴρεσθαι τὰ θέλω* VII, 101, 4. III, 40, 5 et *ἥδιον* cum inf. praes. II, 46, 10.

A, ut Aesch. Pr. 536 cet., et *H*, ut Od. XXIV, 435.

οὐ πολλόν. Inf. aor. et inf. praes. *οὐ πολλὸν ὑπερβῆναι ἐς τὴν Μηδικήν… τοῦτο δὲ παραμειβομένοισι εἶναι ἐν τῇ Μηδικῇ* I, 104, 4—6 *ἐστί* subintellecto. Altero loco dativus personae ponitur.

περὶ πολλοῦ cum dativo. Acc. c. inf. praes. *ἡμῖν περὶ πολλοῦ ἐστι κατορθοῦσθαι ἀρχὴν τὴν σήν* I, 120, 24. Locutio περὶ

πολλοῦ ἐστι inde ab Herodoto apud ceteros deinceps pervulgata, Homero ignota.

καλόν [*κάλλιστον*] cum dativo. Inf. praes. *τοῖσι γὰρ κάλλιστόν ἐστι... συγγίνεσθαι ἐς πόσιν* I, 172, 8.

Acc. c. inf. praes. [*καλὸν γίνεται*] VII, 11, 19.

A, ut Soph. Ant. 72, cet. *H*, Il. IX, 615. XVII, 19.

ἐλάχιστον καὶ συντομώτατον Inf. aor. *τῇ δὲ ἐλάχιστόν ἐστι καὶ συντομώτατον ἐκ τῆς βορηίης θαλάσσης ὑπερβῆναι* II, 158, 18.

οὐδὲν ἀεικές. Acc. c. inf. praes. *οὐ νῦν τοι ἀεικὲς οὐδὲν ἦν τοῦ σώματος νοῦσον μεγάλην νοσέοντος μηδὲ τὰς φρένας ὑγιαίνειν* III, 33, 7.

Acc. c. inf. aor. VI, 98, 3.

Apud Homerum cum dativo et infinitivo, ut Il. XV, 496. Apud Atticos constructio non invenitur.

θεμιτόν cum dativo. Inf. praes. *οὐ θεμιτὸν Δωριεῦσι παριέναι ἐνθαῦτα* V, 72, 20 *ἐστί* subintellecto.

Acc. c. inf. praes. III, 37, 10.

A, ut Soph. O. T. 993. O. C. 1758 cet., et in Hymno in Cererem 207.

ἀσφαλές cum dativo. Inf. praes. *οὐ γὰρ ἦν οἱ ἀσφαλές... φάναι* III, 66, 14.

A, ut Ar. Av. 1489 cet. Ab Homero alienum est.

οὐδαμῶς ἀνασχετόν Acc. c. inf. aor. *ἄνδρας ἐς δήμου ἀκολάστου ὕβριν πεσεῖν ἐστι οὐδαμῶς ἀνάσχετον* III, 81, 7. VIII, 142, 12.

χαλεπόν. Inf. aor. *τῶν οὐ χαλεπόν ἐστι πυθέσθαι* IV, 24, 4.

Acc. c. inf. aor. VIII, 102, 3, accusativo subiecti subintellecto.

A, ut Xen. Ap. XXVIII, 5. *H*, ut Il. XXI, 184. Od. IV, 651.

ἐπιτήδεον cum dativo. Inf. praes. *ἐνθαῦτα ὑμῖν ἐπιτήδεον οἰκέειν* IV, 158, 10, *ἐστί* subintellecto VIII, 49, 4 [*ἐπιτηδεότατον*].

A [*ἐπιτήδειον*]. Ab Homero alienum est.

ἴσον. Inf. praes. *ἴσον ἐστὶ πολλὰ καὶ ὀλίγα λέγειν* VIII, 79, 15.

κερδαλεώτερον. Inf. praes. *κερδαλεώτερόν ἐστι ὁμολογέειν τῷ Πέρσῃ* IX, 17, 17. Gradus positivus non occurrit.

κακόν. Inf. praes. *λεγούσης ὡς κακὸν εἴη διδάσκειν* VII, 16*α*, 10.

ἀναγκαιότατον [*γίνεται*] cum dativo. Inf. praes. *τῶν λοιπῶν ὑμῖν... γίνεταί μοι ἀναγκαιότατον ἐντέλλεσθαι τὰ θέλω* III, 65, 29. Gradus positivus sic non legitur, sed Attici sermonis est. Herodotus *ἀναγκαίη* substantivo uti solet. Nihil eiusmodi apud Homerum.

Ex allatis exemplis colligitur infinitivi subiecti naturam Herodoti temporibus talem fere fuisse, qualem etiam apud Atticos *videmus, exceptis* paucis quibusdam constructionibus. Apud

Homerum item infinitivus subiecti partibus fungitur, multo quidem rarius, sed in formulis quibusdam aliis, Herodoto non acceptis, ut *οἴκτιστον* [*ἐστι*] Od. XII, 342, *αἴσιμόν ἐστί* Il. XXI, 291.

II. De infinitivo obiecti loco posito.

§ 5. Accusativi cum infinitivo constructio post verba quae sequuntur proleptica est, cum accusativus proprie ad verbum regens pertineat [confer Curtii „Schulgrammatik“ p. 324, adn. 1]. Infinitivi et accusativi cum infinitivo constructiones post verba dicendi apud Herodotum pervulgatae sunt. Nemo scriptor hac constructione tam saepe esse usus videtur. Cuius rei ratio haec est, quod Herodotus priscam Lydiae, Persidis, Aegypti historiam narrans, factaque, quae belli Medici causae exstiterunt describens, multa affert, quibus ipse vix fidem habebat, et quorum testis haberi nolebat ideoque haec oratione obliqua enuntiavit, modo ex *φημί*, modo ex *λέγω*, modo ex coniunctis his verbis suspensa saepe etiam nullo verbo dicendi praecedente. Oratio obliqua saepe interrumpitur, postea repetitur, ut supra sub *λέγεται* vidimus, interiectis longis sententiis parentheticis in quibus oratio recta est. Ceterum ex verbis dicendi saepissime etiam sententiae ab *ὡς* vel *ὅτι* incipientes pendent, promiscue cum infinitivi constructione positae.

§ 6. **Verba dicendi.**

φημί [et puto, et dico id quod puto]. Inf. praes. *αὐτοὶ ἑκάτεροι ἔφασαν νικᾶν* I, 82, 27. 63, 2. 97, 5. 112, 5—6. 113, 10. 137, 9—10. 138, 4. 156, 8. 164, 7. 172, 2—13. 176, 10. II, 18, 10—11. 36, 22. 50, 10. 91, 30. 104, 5. 119, 14. 145, 12. 160, 11—16. 162, 6. III, 22, 20. 31, 16. 36, 31—33. 42, 4. 43, 6. 55, 12. 63, 4. 68, 16. 72, 15. 74, 14. 75, 2—10. 130, 7. 135, 21. 140, 9—17. 144, 3. 148, 13. IV, 9, 8. 79, 11. 127, 19. 145, 17. 147, 10. 157, 4—5. 178, 7. 191, 5. V, 13, 6. 29, 4—11. 67, 15. 73, 15. 80, 10. 92ζ, 21. 111, 14. VI, 5, 16. 52, 15. 76, 8. 79, 4. 80, 4. 81, 2—5. 86, 4. 99, 6. 130, 13. 135, 13. VII, 104, 16. 147, 6. 235, 7. VIII. 30, 7. 36, 6. 58, 3. 65, 11. 102, 7. 122, 4. 137, 18. IX, 26, 32. 33, 25. 44, 12. 55, 10. 77, 4. 90, 20.

Inf. fut. I, 19, 12. 37, 4. 97, 5. 112, 6. II, 162, 19—20. III, 19, 7. 36, 32. 39, 15. 53, 22. 69, 13. 133, 7—9. 135, 12—13—18.

IV, 9, 8. 43, 11, 12. 84, 5. 147, 10—11. 149, 2—3. 162, 4. 179, 12. V, 39, 13—15. 82, 13. 92 η, 10—11. 103, 4. VI, 86, 6. 106, 13. 132, 5—7. VII, 38, 7. 136, 6—13. 222, 7. VIII, 2, 8. 5, 6. 30, 7. 101, 3. 113, 9. 116, 4. IX, 34, 12.

Inf. perf. I, 64, 10. II, 28, 6. 43, 12. 63, 28. 104, 13. 118, 4. III, 19, 8. 31, 17. 66, 15. 69, 15. 156, 9. IV, 16, 3. VI, 1, 5.

Inf. aor. I, 119, 20. II, 32, 2—3—5. 54, 11. 175, 21. III, 68, 16. 155, 11. IV, 13, 2. 14, 10—11. 16, 6. 68, 13, 151, 10. VI, 62, 13. VII, 75, 8. 103, 4. 149, 17—18—19. 168, 27—28—29—30. VIII, 65, 4—6—13 (Nom. cum inf.). IX, 16, 8—14—23. 27, 9—17—18.

Acc. c. inf. praes. *φασὶ δέ μιν Δελφοὶ Θεοδώρου... ἔργον εἶναι* I, 51, 12. I, 1, 12—15—19—21—25. 2, 13—14. 39, 5. 51, 17 accusativo subintellecto. 111, 20, 116, 17. 117, 14. 125, 6. 126, 15—17. 133, 9. 138, 8. 182, 2—3. 202, 3—5—6—11. 216, 3. II, 15, 2. 16, 5. 18, 10—13—14. 22, 4. 28, 17. 32, 13—26—28 acc. subintellecto. 32—34—35—36—39—40—41. II, 44, 11. 63, 19. 72, 4. 73, 4. 74, 6. 86, 5. 91, 30. 110, 11. 122, 7. 126, 6—8. 144, 4—5. 145, 8. 146, 8. 148, 22. 160, 18. 172, 17. 174, 5. III, 2, 4. 8, 15. 18, 7. 20, 9. 22, 6—23. 23, 4—5. 27, 14. 34, 9—11—12. 35, 7. 38, 23. 46, 7. 51, 6. 52, 23. 63, 12. 75, 11. 99, 7. 111, 5. 118, 11. 138, 10. IV, 13, 3—8—11. 16, 7. 30, 6. 76, 22. 77, 6. 81, 8. 85, 6. 94, 13. 97, 19. 103, 16. 142, 6. 144, 6. 162, 14—20. 180, 19—20. V, 13, 15. 22, 10. 39, 13. 41, 8. 43, 4. 67, 11. 79, 4. 84, 11, VI, 65, 13—17. 69, 24. 84, 7—10, sed in versu 12 repetitum per *λέγουσι*. 135, 12. VII, 16 α, 6; — β, 2; — γ, 15 acc. subintellecto. 142, 18. 143, 5. 151, 11. VIII, 65, 7—9—10—30—32. IX, 16, 13—22. 88, 5. 90, 18—19. 107, 6—7.

Acc. c. inf. fut. I, 38, 4. 39, 5. 112, 5. II, 13, 14—17. 49, 14. III, 28, 3. 36, 33. 153, 10. VI, 50, 6. 76, 10. 80, 6. 133, 10. VII, 10 δ, 12. 101, 17. IX, 79, 7.

Acc. c. inf. perf. I, 114, 22. 129, 18. 202, 7. II, 91, 21. 160, 17. 172, 15. IV, 131, 7. 180, 17.

Acc. c. inf. aor. I, 1, 7—10—17—24. 2, 5—7—8—11—14. 94, 7, sed in versu 8 per *λέγουσι* repetitur. II, 28, 16—17. 44, 11. 46, 4. 49, 11. 54, 10. 56, 11. 63, 20. 79, 12—14—15. 87, 2. 89, 7—8. 91, 30. 110, 9—10. 126, 2 *ἔφασαν* occurrit non prius quam in linea 10. 132, 10. 144, 6—8. II, 32, 6—12—14—24—27—30. 37 ubi oratio obliqua interrumpitur, ab linea 16 usque ad lineam 24, interiecta oratione recta. III, 2, 3. 32, 14. 55, 11. 61, 9. 120, 17. IV, 15, 7. 34, 4—7, sed in linea 8 repetitur per *λέγουσι*. 45, 16—20. 68, 10. 96, 1. 180, 20—21. V, 44, 9. VI, 58, 19. 82, 3.

84, 2—3—4. 86, 4. 106, 3. 135, 13. VII, 129, 24—28. 161, 22. 226, 3—8. 227, 2. VIII, 65, 25—33. *αὐτούς* varietatis gratia ut videtur pro *σφέας*, quo antea usus est. 88, 16. 120, 9. IX, 16, 9—11 acc. subintellecto. 21, 26.

Memoratu dignum est *φάναι γάρ σφι τὸν Ἀπόλλωνα... ἀπικέσθαι ἐς τὴν χώρην καὶ αὐτός οἱ ἕπεσθαι ὁ νῦν ἐὼν Ἀριστέης τότε δέ, ὅτε εἵπετο τῷ θεῷ εἶναι κόραξ* IV, 15, 9, ubi e *φάναι* verbo primum acc. c. inf. pendet, postea nominativus *αὐτός* pro accusativo *αὐτόν* positus, ut I, 2, 16 et II, 118, 15; in hoc exemplo alterum *φάναι* intellegendum videtur, unde pendeant verba *φάναι — τὸν Ἀπόλλωνα*, et postea *αὐτός* ad subiectum verbi regentis referendum. Similiter interpretanda cetera quae diximus exempla.

εἶπα [*εἶπον*]. Acc. c. inf. fut. *εἶπε τελευτήσειν με* I, 39, 7. II, 30, 22.

Acc. c. inf. praes. III, 22, 16 accusativo subintellecto, — 19. V, 54, 2. VIII, 196, 3. IX, 43, 2.

Acc. c. inf. aor. VIII, 135, 7.

Hoc loco commemorandae sunt locutiones

ἡ φήμη συνέβαινε ἐλθοῦσα cum. acc. c. inf. perf. IX, 101, 5 et

ἔχει φάτιν cum inf. aor.: *ἔχει δέ τινα φάτιν καὶ Διονυσοφάνης... θάψαι Μαρδόνιον* IX, 84, 8, quae locutio idem fere significat atque *λέγεται* passivum. Simile est

λόγον ἔχει, a *λέγεται* non diversum, cum inf. aor. *ὅσπερ δὴ λόγον ἔχει τὴν Πυθίην ἀναπεῖσαι* V, 66, 4. Mentione dignum est I, 129, 8 *Ἅρπαγος δὲ ἔφη αὐτὸς γὰρ γράψαι, τὸ πρῆγμα δὴ ἑωυτοῦ δικαίως εἶναι.* Hoc loco sententia parenthetica per *γάρ* inserta verbi infinitivum habet, subiecti nominativum, relatum ad verbi regentis subiectum. Rara *φημί* verbi cum *ὡς* pro infinitivo constructio occurrit I, 24, 31—32, sic interdum etiam apud Atticos, ut Xen. Hell. VI, 3, 7 cet. Apud Herodotum etiam cum *ὅκως* coniungitur, ut II, 49, 14 *οὐ γὰρ δὴ συμπεσεῖν γε φήσω τά τε ἐν Αἰγύπτῳ καὶ τὰ ἐν τοῖσι Ἕλλησι*, et in versu 16 *οὐ μὲν οὐδὲ φήσω ὅκως Αἰγύπτιοι παρ' Ἑλλήνων ἔλαβον ἢ τοῦτο ἢ ἄλλο*, ubi constructiones nullo fere discrimine positae videntur. *Ὅκως* sive potius *ὅπως* hac significatione ab Atticis non usurpatur, sed saepissime ab Herodoto, etiam post alia verba dicendi et sentiendi, ut I, 37, 14. III, 115, 11 post *ἀκούειν* cetera.

εἶπα [*εἶπον*] cum *ὅτι* et verbo finito legitur I, 86, 34. III, 137, 19; cum *ὡς* I, 86, 38. III, 32, 10. VI, 61, 31 cetera. Neque apud Atticos rara est haec structura. In ceteris *φημί* verbi constructio cum usu Attico et Homerico congruit. Apud Homerum

verbum *φημί*, quippe quod plerumque loco quorundam verbi *λέγω* temporum ponatur, usitatius est quam apud Herodotum. Cum *φημί* cohaeret:

φάσκω cum inf. fut.: *οὐ φασκόντων δὲ χρήσειν τῶν Σιφνίων αὐτοῖσι* III, 58, 10 = „dicentium sese nolle —".

Acc. c. inf. aor. et praes. II, 33, 3—5.

Α, ut Thuc. VIII, 52. *Η*, Od. IV, 191. VIII, 565.

φατίζω. Acc. c. inf. perf. *ἐφάτισαν* [*τὰ γράμματα*]... *Φοινικήια κεκλῆσθαι* V, 58, 13, ubi *ἐφάτισαν* idem fere valet quod *εἶπον*. Schweighaeuserus vertit: „hasce literas vulgo Phoenicias adpellarunt"; Valla: „confessi sunt", „ut ratio ferebat". Hesychius interpretatur „*διεφήμισαν*". *Φατίζω* prisca vox dorica est, quae etiam apud tragicos legitur, ut Soph. Ai. 715. O. C. 139 [*τὸ φατιζόμενον*], deinde etiam apud Apollonium, Rhodium passivum cum infinitivo sociatum occurrit: I, 24. Cum infinitivo neque apud Atticos, neque apud Homerum coniungitur; apud Homerum non saepius quam semel legitur.

λέγω. Inf. praes. *λέγουσι*... *οὐκ οἷαι εἶναι ἰδεῖν* IV, 31, 2. I, 4, 5. 60, 15. 61, 5. II, 18, 18. 45, 4. 133, 12. 145, 6. 160, 8. III, 16, 13. 17, 8. 26, 6. IV, 23, 5. 36, 2. 158, 9. 180, 8. VII, 114, 11. 221, 4. VIII, 19, 10. 55, 3. 62, 9. 108, 23—24. 138, 11. IX, 2, 8. 72, 9.

Inf. fut. VI, 52, 31. IV, 137, 5, ubi primum *ὡς* cum indicativo post *λέγοντος* positum est, deinde nominativus cum infinitivo. II, 139, 9.

Inf. aor. I, 3, 6. 4, 14. 122, 11. 171, 23. II, 4, 4. 53, 8. 145, 14. 177, 2—4. IV, 81, 21. 172, 18. V, 86, 5—6. VII, 149, 4.

Saepissime pro impersonali constructione passiva, de qua antea diximus [*λέγεται*] constructio personalis invenitur, ut

Inf. praes. *τὸ δὲ ἔθνος τοῦτο καὶ μέγα λέγεται εἶναι* I, 201, 3. 182, 7. 202, 1—15. II, 3, 6. 29, 25. 145, 9. 156, 6. 169, 6. III, 18, 1. 19, 2. 20, 7. 24, 3. 33, 4. 99, 3. 131, 13. IV, 7, 10. 11, 6. 23, 21. 26, 1—10. 45, 11. 90, 2. 156, 13. 184, 20. V, 113, 6. VI, 74, 9. 76, 3. VII, 10*α*, 14 — *β*, 5. 145, 18. VIII, 68*γ*, 8. IX, 6, 5. 48, 3.

Inf. aor. I, 103, 3. 188, 1. II, 145, 18. 150, 22. III, 34, 5. 122, 3. 160, 5. V, 80, 3. VI, 14, 8. VII, 226, 2. 227, 3. 239, 26. VIII, 135, 1. IX, 73, 1.

Inf. perf. VII, 153, 22.

Acc. c. inf. praes. I, 3, 5—8. 4, 2. 24, 5—8—9—11—24—26—27—28—29—30—34. 27, 13. 51, 26. 78, 12—13 infinitivo subintellecto. 82, 40. 93, 18. 105, 15. 132, 15. 171, 29. 201, 6. II, 4, 18.

15, 4—6 *εἰ ὦν βουλόμεθα γνώμῃσι τῇσι Ἰώνων χρᾶσθαι... οἵ φασι... λέγοντες τὸ παρὰ θάλασσαν εἶναι αὐτῆς... τὸ δὲ ἀπὸ θαλάσσης λεγόντων ἐς μεσόγαιαν τείνειν αὐτήν*, ubi *λέγοντες* et *λεγόντων* ad eundem nominativum referuntur, utroque igitur loco nominativus exspectandus fuit. II, 20, 6. 21, 3—4. 42, 5. 45, 6. 57, 9. 73, 9. 91, 12—13—14. 99, 7. 100, 11—12—13. 101, 3. 102, 5. 107, 9—10—13. 109, 5. 111, 10—15—16. 121*α*, 5—7—13—20. *β*, 3—12—13—14—18. *γ*, 10—11, 13. *ε*, 2—13—21—23—25. *ζ*, 4. 122, 3—4—7, ubi infinitivus qui ex *ἔφασαν* pendet scriptorem rei testem se proferre non posse indicat, ut ipse in linea nova dicit. In linea 14 oratio obliqua interrupta redintegratur. 122, 16. 123, 4. 124, 1—2—6—8. 127, 5—6—11. 129, 4—6—8—10. 131, 8 transitio ab *ὡς* cum verbo finito in acc. c. inf. hoc loco subita facta est. 133, 11—17. 136, 13. 137, 5—6. 139, 7. 140, 2, 4—6 accusativo subintellecto. 141, 2—9—11—18. 156, 20. III, 23, 10—12. 28, 9—10. 32, 4—8—9—10. 37, 13. 75, 14 *ἔλεγε τὸν μὲν Κύρου Σμέρδιν ὡς αὐτός... ἀποκτείνειε τοὺς Μάγους δὲ βασιλεύειν*. Hoc loco adnotanda obiecti prolepsis, mox transitus ille ab *ὡς* in acc. c. inf. de quo modo diximus. Idem transitus saepe apud Thucydidem, ut II, 3 post *ὡς*, I, 98 post *ὅτι* cetera, et apud Xenophontem in Cyr. I, 3, 13. — III, 82, 6. 111, 6—8—11—19. 121, 4—5—10 (*λέγουσι*, praecedente) *καί κως εἴτ᾽ ἐκ προνοίης αὐτὸν κατηλογέοντα τὰ Ὀροιτέω πρήγματα εἴτε καὶ συντυχίη τις τοιαύτη ἐπεγένετο· τόν τε γὰρ κήρυκα... διαλέγεσθαι καὶ τὸν Πολυκράτεα (τυχεῖν γὰρ ὑπεστραμμένον πρὸς τὸν τοῖχον) οὔτε τι μεταστραφῆναι οὔτε ὑποκρίνασθαι*, ubi sententia primaria, quae a *καί κως* incipit, imperfecta relinquitur, et accusativus *αὐτόν* subiecti loco sine ullo verbo ponitur. Aliter enim propter sententias interiectas periodus nimis longa et obscura exstitisset, et subiectum *αὐτόν* procul a verbis *τυχεῖν*, *μεταστραφῆναι* et *ὑποκρίνασθαι* remotum fuisset. Itaque Herodotus incohatam sententiam ad finem non perduxit, sed interiectis multis enuntiatis, de integro incepit, subiecto repetito, cf. Steinii expositionem luculentissimam. At illud quidem non accipio quod „Herodotum", dicit ille vir doctus, „constructionis concinnitatem perspicuitati cogitationum condonavisse". Hoc enim Herodotum nullo modo assecutum video, etenim constructio quam Steinius instituturum fuisse scriptorem conicit, quamvis deformis, magis tamen est perspicua quam Herodotea neglegenter facta. Hanc inconstantiam potius inde ortam puto, quod Herodotus sententias artificiosas et longas ex norma ad finem perducere aspernabatur. IV, 5, 5—13—14—15. 6, 5. 7, 3—10 ubi ad acc. c. inf. verbum dicendi intellegendum est e praecedenti forma personali λέγεται. 7, 16. 8, 5—10.

14, 6—9—12—13—15. 15, 14 σφέας loco subiecti posito antitheseos causa. 15, 15—16. 25, 5. 27, 4. 31, 2. 33, 12—23—25. 35, 9—10—13—18. 78, 18 σφέας αὐτούς loco subiecti addito emphaseos causa. 81, 18. 103, 8—9—11. 184, 17. 187, 13. 195, 1—5. V, 9, 7—10—11—12. 54, 6. 85, 8—11. 86, 5—11—13—16—17—19—20. VI, 52, 7—10—13—15—16—18—19—20—38—40—42. 54, 6. 84, 12 post φασί illato λέγουσι. 111, 11. VII, 37, 14. 48, 2. 142, 6—10—12. 149, 13—14—16. 203, 4—10 cum transitione ab ὡς cum verbo finito in acc. c. inf. de qua p. 35 diximus. VIII, 19, 9. 38, 8 cum transitione supra notata. 39, 1. 41, 9. 84, 11. 94, 4—5—7—9—11—15. 111, 17. IX, 51, 11. 58, 5. 116, 6. Acc. c. inf. aor. I, 2, 1—3. 3, 3. 4, 3—11—12—13. 5, 1—5—8. 21, 2. 23, 5. 24, 3—4—7—14—17 oratione obliqua interrupta, sententia parenthetica a γάρ incepta cum sententia primaria coaluit, ut II, 101, 3. 24, 19—21—22—25—32. 27, 8—11—20—21. 65, 18. 70, 16 post transitum ab ὡς cum verbo finito in acc. c. inf. 75, 24. 82, 42. 94, 8—9. 137, 7. II, 42, 10—12—13—14—15. 45, 7. 55, 10. 57, 5. 74, 2. 99, 6—10—11—18—20—23. 100, 10—16. 101, 4—6—7—9. 107, 7—8—10—13—14. 109, 2—5. 110, 14. 111, 1—2—8—10—11—17—20. 112, 1. 113, 2. 118, 3. 121, 1. 121α, 2—10—12—13—17—19—22—23. β, 2—7—17. γ, 5. δ, 3 sequuntur nonnulli infinitivi appositi ad praecedens τάδε, de quibus postea. ε, 4—22. ζ, 6—7—8. 122, 2—5. 124, 4—5—13—19—23. 127, 1—3—6—15. 129, 1—3—12—16—17. 133, 2—11—14 ubi de novo incipitur oratio obliqua, quae in capite 129 interrupta est, postquam ea, quae interiecta sunt, orationem rectam habeant. 136, 2—8—10—20. 137, 1—2—3. 139, 3. 141, 1—5—12—13—17—23—24. 142, 13—16—17—18—19. 147, 3. 156, 21—26. 175, 26 transitione facta ab ὡς cum indicativo ad acc. c. inf. subiecto infinitivi facile subintellecto. III, 23. 15. 30, 18. 31, 1. 32, 3—6—7—10. 45, 3—4—6—11. 121, 1—3. IV, 5—7—8—11—16—17—19. 7, 13—14 λέγουσι subintellecto e praecedenti λέγεται. 14, 5—16—18. 15, 17. 33, 14—16. 35, 8. 67, 8. 81, 16—20—22—23. 145, 13 transitione facta ab ὡς cum optativo in acc. c. inf. 150, 3. V, 41, 14. 44, 7. 45, 4. 85, 2—9—10. 86, 1—2—15—21—23—24. 87, 6—7—9—14—15. VI, 52, 4—6—9—11—22—25—32—34—39. 84, 13. 86α, 6—10 ubi λέγομεν et φαμέν promiscue posita sunt. 134, 3—17. VII, 139, 22. 148, 5. 149, 1—10. 151, 1. 189, 15. 190, 2. 230, 1—3—5—6. VIII, 84, 9. 94, 8—19. 129, 14. IX, 73, 10. Acc. c. inf. perf. I, 202, 20. II, 75, 14. 121γ, 2. ζ, 2—9. 124, 7. III, 23, 17. IV, 6, 1. 7, 1. V, 7, 5. 86, 20. Acc. c. inf. fut. V, 90, 10. VI, 69, 18. VII, 49,

20. 203, 11. VIII, 19, 13. 108, 22 post *λέγον* primum oratio recta posita est, deinde subito in obliquam transit. 143, 9 *Ἀθηναῖοι λέγουσι... μήκοτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ.* Notandus est usus formae *ἡμέας* pro *σφέας αὐτούς*, oratione recta et obliqua inter se mixta.

Varietas exemplorum, quam supra memoravimus, maxime in libris prioribus conspicua est: tempora infinitivorum haud secus inter se distinguuntur atque in sermone Attico, nisi quod Herodotus praesentis infinitivum omnium maxime diligit. Causa est, quod scriptor narrationem quam maxime vivam reddere studet et ita conformat orationem ut singula ante oculos nobis ponat [cf. Stein. ad I, 66, 19].

§ 7. Frequentissima inconstantia apud Herodotum post *ὡς λέγουσι* infinitivus pro finito verbo ponitur, tanquam ex *λέγουσι* pendeat. Quae constructio interdum etiam apud Atticos legitur, ut Plat. Phil. 20 post *ὡς οἶμαι*, Aesch. Pers. 188, post *ὡς ἐγὼ 'δόκουν*, Soph. Ant. 740 post *ὡς ἔοικε*. Comparandum est quod Steinius annotavit ad I, 65, 20, Germanicum „wie sie sagen, hätte“. Haec inconstantia Homerica non est.

ὡς λέγουσι. Inf. praes. *ὡς δὲ Θρήικες λέγουσι μέλισσαι κατέχουσι τὰ πέρην τοῦ Ἴστρου καὶ ὑπὸ τουτέων οὐκ εἶναι διελθεῖν τὸ προσωτέρω* V, 10, 3 transitione a verbo finito in infinitivum facta.

Acc. c. inf. praes. *ὡς δὲ Σκύθαι λέγουσι νεώτατον ἁπάντων ἐθνέων εἶναι τὸ σφέτερον* IV, 5, 1—2. V, 44, 3—5. VII, 171, 4 ubi oratio obliqua in linea 15 praecedentis capitis interrupta, renovatur et quidem post *ὡς λέγουσι.*

Acc. c. inf. aor. I, 65, 22. V, 44, 4—5—6. VII, 171, 5—8. De infinitivo post *ὡς λέγεται* vide p. 17. Mentione dignum est VI, 137, 13, ubi post *ὡς λέγουσι* longa infinitivorum series infertur. Hoc loco commemorandae hae locutiones simillimae:

ὡς πυνθάνομαι. Acc. c. inf. aor. *ὡς δὲ ἐγὼ πυνθάνομαι... τὸν Ζάλμοξιν τοῦτον ἐόντα ἄνθρωπον δουλεῦσαι ἐν Σάμῳ* IV, 95, 1. IX, 85, 15.

Acc. c. inf. praes. II. 8, 9—10. IV, 95, 12.

Acc. c. inf. perf. *ὡς ἐμὲ εὖ μεμνῆσθαι... ἑξακόσια καὶ χίλια τάλαντα ἀργυρίου τετελέσθαι* II, 125, 21. In hoc exemplo duae constructiones abnormes coniunctae sunt: infinitivus post *ὡς* pro forma finita positus, deinde infinitivus a tota sententia *ὡς μεμνῆσθαι* pendens. Simile est *ὡς λόγος ὥρμηται* [*λέγεται*] cum acc. c. inf. aor. III, 56, 7 ubi *ὥρμηται* = exiit.*)

*) Compara VII, 189, 6 *ὡς φάτις ὥρμηται*, IV, 16, 1 et VI, 86δ, 4 *ὁ λόγος ὥρμηται λέγεσθαι.* Baehrius *λέγεται* in textu retinet. Wesselingius conicit *λέγεται γάρ* aut *ὥρμηται λέγεσθαι.* Ego Steinio assentior.

ὡς ἤκουσα. Acc. c. inf. praes. ὡς δ' ἐγὼ ἤκουσα... εἶναι αὐτὸν Ἰδανθύρσου... πάτρων, παῖδα δὲ εἶναι Γνούρου IV, 76, 25—26.

Circumlocutiones verbi λέγειν sunt: ὅς περ λόγον ἔχει τὴν Πυθίην ἀναπεῖσαι V, 66, 4. Διξοὺς λόγους λεγομένους cum ὡς et verbo finito IX, 74, 3. Similiter ἔχει cum φάτιν et αἰτίην coniunctum.

λόγος ἔχει cum acc. c. inf. aor. VII, 26, 17. Haec circumlocutionis forma per nominativum dicta frequentior est. Similis constructio cum φάτις VII, 3, 6 cetera.

§ 8. Verba dicendi duo saepe abundanter inter se coniunguntur, ut

ἔφη λέγων. Inf. praes. ἔφη λέγων Μαιανδρίῳ θέλειν ἐλθεῖν ἐς λόγους III, 145, 6. V, 36, 12.

Inf. perf. et inf. praes. (Nom. c. inf.) II, 172, 18—19.

λόγον λέγοντες φασί. Acc. c. inf. aor. et praes. λόγον λέγοντες φασί σε ἐλθεῖν — καὶ ἐμὲ εἶναι VI, 68, 9—10.

τόνδε λόγον λέγουσι ἔφασαν cum acc. c. inf. aor., inf. praes. simplici, et acc. c. inf. praes. II, 54, 2—6. Simile est

λόγον τόνδε ἐπιλέγοντές φασι cum acc. c. inf. praes. II, 156, 12.

ἔφησε ἐν τοῖσι λόγοισι λέγων ἀδίκως. Acc. c. inf. aor. et praes. ἔφησε ἐν τοῖσι λόγοισι λέγων ἀδίκως... [τοὺς Ἀθηναίους] λαβεῖν φθόνον τε καὶ ἵμερον τῆς γῆς, καὶ οὕτω ἐξελαύνειν αὐτούς... τοὺς Ἀθηναίους VI, 137, 5—12.

λέγει φάς. Acc. c. inf. praes. λέγει δ' ὦν τριῶν μηνῶν φὰς εἶναι τὴν ἄνοδον V, 50, 9. IV, 43, 22, sed in linea 25 nominativus pluralis αὐτοί cum infinitivo sequitur post singularem ἔλεγε φάς, cum Sataspes loquatur et de se ipso et de sociis, sed in alio huiusmodi exemplo acc. c. inf. positus est: VIII, 65, 7—33. V, 18, 21 [ἔλεγεν φάμενος]. IV, 33, 4—5—8 accusativo subintellecto —10—11, saepe mutato subiecto [λέγουσι φάμενοι]. In linea 11 acc. c. inf. aor. oratio continuatur per verbum λέγουσι.

Inf. praes. simplex post ἔλεγε φάς I, 122, 6 [εἰδέναι]—8. V, 18, 21.

Inf. perf. aor. praes. I, 122, 1—8—10.

ἔλεξε φάμενος. Acc. c. inf. praes. VI, 82, 6—7—11.

ἔλεξε λόγον φάς. Acc. c. inf. praes. et acc. c. inf. aor. I, 141, 5—9.

Hae formae pleonastice ab Herodoto usurpantur et in obliqua oratione et in recta ad verba loquentis cum gravitate quadam introducenda, ut I, 114, 24. 118, 7. 122, 6 cetera. Ne Atticis quidem ignotus hic usus, Dem. XIII, 108.

§ 9. Interdum fit transitio ab oratione recta in obliquam inter narrandum, nullo verbo dicendi apposito, ut: *Χίλων... συνεβούλευε Ἱπποκράτεϊ... οὔκων ταῦτα παραινέσαντος Χίλωνος πείθεσθαι θέλειν τὸν Ἱπποκράτεα γενέσθαι οἱ μετὰ ταῦτα τὸν Πεισίστρατον* cet. I, 59, 12—14. In hoc exemplo causa sententiae primariae non per sententiam pendentem subiuncta est, sed ita praemissa, ut sententia primaria sine coniunctione sequatur. Eiusmodi parataxeos exempla, sermoni cotidiano imprimis accepta, apud Herodotum saepissime occurrunt. I, 86, 13—41 oratio obliqua in linea 25 interrupta in linea 32 de integro incohatur. In hoc capite verbum dicendi appositum non est, sed in prima linea capitis subsequentis, quo eadem narratio continuatur, *ὡς λέγεται ὑπὸ Λυδῶν* dictum est, quod idem in praecedenti capite supplendum est. II, 127, 10. 162, 16—27. III, 18, 1 *ἡ τράπεζα τοῦ ἡλίου τοιήδε τις λέγεται εἶναι*, deinde sequitur *λειμών ἐστι* cetera cum verbo finito, sed in linea 4 oratio in acc. c. inf. transit, *λέγουσι* facile intellecto e praecedentibus. In his Herodotus orationem rectam, mox orationem obliquam cum hac discrepantia posuit, ut illa rem vere factam patefaciat, haec rem ita a se narratam ut ex aliis audivit, non ipse vidit, transitum vero facit, nullo dicendi verbo apposito. III, 14, 44.*) 23, 7. 105, 5—11. 124, 10 verbo dicendi intellecto e praecedenti *ἠρήσατο* IV, 7, 3—10. 81, 3 verbo *λέγουσι* vel *λέγεται* facile subintellecto e praecedenti *λόγους ἤκουον*. IV, 167, 9. 203, 7. V, 89, 12—16 praecedit *ἦλθε μαντήιον* VI, 76, 5—6 sententia parenthetica per *γάρ* annexa oratio obliqua continuatur, ex *λέγουσι* suspensa. 109, 3. VII, 149, 21 *προειπεῖν* praecedente. 239, 23. VIII, 61, 11. IX, 109, 7.**)

---

*) III, 14, 44 *ταῦτα ὡς... ἀπενειχθέντα ὑπὸ τούτου, εὖ δοκέειν σφι εἰρῆσθαι.* In hoc exemplo Schweighaeuserus *ὡς* cum participio coniunctum putat. Tillmanns (Fleckeisens „Jahrbücher der Philologie", 1865, p. 274) mutat *ἀνενειχθέντα* in *ἀνενειχθῆναι*, oratione recta sine verbo dicendi in obliquam transposita, ut saepe apud Herodotum fit. Quae tamen mutatio violentior mihi videtur. Potius Steinio assentior arbitranti excidisse vocem aliquam, qualem *ἤκουσαν*, infinitivum vero *δοκέειν* secundum usum illum apud Herodotum frequentissimum ab oratione recta in obliquam transeundi dictum esse. Abichtius quoque in Philologi volumine X, p. 565 quaedam deesse dicit. Baehrius contra nihil deesse censet, sed pro *σφί* scribendum putat *οἱ* [„e Mediceo libro"].

**) Ad haec V, 85, 5 *τοῖσι δὲ Ἀργείοισι καὶ τοῖσι Αἰγινήτῃσι καὶ πρὸς ταῦτα ἔτι τόδε ποιῆσαι νόμον εἶναι παρὰ σφίσι.* Hic locus plane corruptus est, et quae nunc scribuntur nullo modo intelligi possunt. Steinius conicit *ἔδοξε* [sive *δόξαι*]. Baehrius et Abichtius supplent *λέγεται* ex capite 87 et omittunt *καί* (ante *πρός*) et *ἔτι*. Steinii coniectura maxime probabilis videtur.

§ 10. Hoc loco longiores quaedam orationes obliquae commemorandae videntur esse, pendentes a verbo dicendi, ad quod *ὧδε* vel *τάδε* vel simile aliquid accedit.

α. Post *λέγω.*

λέγουσι τάδε. IV, 196, 1 acc. c. inf. praes. — 5 nom. c. inf. praes. — 6—9 rursus acc. c. inf. *τοὺς δ' ἐπιχωρίους* — *ἰέναι* unde etiam l. 9 *Καρχηδονίους* pro quo nominativum expectes. In linea 11 subito oratio obliqua transit in narrationem directam, sed in linea 13 oratio obliqua rursus incohatur. — 13 acc. c. inf. praes. — 14 praes. cum acc. *αὐτούς*, pro quo *αὐτοί* expectandum fuit, praecedente nom. c. inf. Anomalia huic maxime contraria legitur I, 56, 3—15.

λέγεται τάδε. VII, 165, 1 cum *ὡς* cum verbo finito usque ad lineam 17, ubi acc. c. inf. praes. Acc. c. inf. aor. VII, 84, 11—12. III, 26, 13—19.

ὧδε περὶ αὐτῶν λέγοντες cum acc. c. inf. aor. et praes. I, 94, 9—36. II, 17, 2 *ὧδε λέγομεν* cum acc. c. inf. praes. IV, 8, 3 *λέγουσι ὧδε* cum acc. c. inf. aor. et praes. 4—15, continuatur in capite 9, 2—19. In linea 19 eadem narratio continuatur per *λέγουσι* c. acc. c. inf. II, 28, 7—12 *ἔλεγε ὧδε* cum acc. c. inf. praes. Simile est

ἔστι λόγος ἔχων ὧδε IV, 11, 1—26 c. acc. c. inf. praes. et aor.

ὅδε λόγος λεγόμενος IV, 179, 2—8 acc. c. inf. praes. et aor. Similiter VII, 167 post *ἔστι* — *ὅδε ὁ λόγος λεγόμενος* primum enuntiata ex *ὡς* suspensa, deinde l. 10 acc. c. inf. aor. infertur.

ἔστι λόγος λεγόμενος VIII, 118, 1 cum *ὡς* cum verbo finito usque ad lineam 7, ubi acc. c. inf. aor. — 8 praes. — 11 praes. — 12 aor. In linea 14 narratio continuatur per *λέγεται* cum acc. c. inf.

τόνδε τὸν λόγον λέγουσι VII, 151, 1—10 c. acc. c. inf. aor. et praes. Similiter

[*τοῦτον*] *λέγουσι μηχανᾶσθαι τάδε* II, 73, 9—18. II, 121*α*, 7—8. *β*, 7 post *ποιῆσαί μιν τάδε* quae pendent ex *ἔλεγον* inf. aor., acc. subintellecto, similiter 121*γ*, 5—8. 121*δ*, 3 post *ἐπιτεχνήσασθαι τοιάδε μιν* sc. *ἔλεγον*, acc. c. inf. aor. et praes. 4—30. 121*ε*, 4 *ποιῆσαί μιν τάδε* sc. *ἔλεγον* cum inf. aor. in linea 5, et 121*ε*, 13—17, *ποιέειν τάδε* cum acc. c. inf. aor.

τάδε γενέσθαι, *λέγουσι* subintellecto cum acc. c. inf. aor. *II, 133, 2—10.*

τέλος ὧδε ἔλεγον γενέσθαι cum acc. c. inf. praes. II, 139, 3—7.

λέγουσι τοῦτο γενέσθαι ὧδε cum acc. c. inf. praes. II, 113, 3. Acc. c. inf. aor. IV, 5, 2.

συνενειχθῆναι τόδε λέγομεν VI, 86α, 11—12 cum acc. c. inf. praes.

τὸ ἐνθεῦτεν γενέσθαι ὧδε λέγουσι, cum acc. c. inf. aor. et praes. VI, 134, 3—17.

λέγουσι τὰ κατ' ἑωυτοὺς γενέσθαι ὧδε VII, 148, 5—6—9 inf. aor. cum *γάρ*. — 14 acc. c. inf. aor. et praes. 18—21.

λέγουσι τοὺς ἀπὸ Σπάρτης ἀμείψασθαι τοῖσίδε cum inf. fut. et inf. perf. VII, 149, 11—12.

Memoratu dignum est *τάδε ποιητέα σφι εἶναι ἔλεγε* VIII, 19, 9 primum sequitur infinitivus, deinde epexegesis interrumpitur novo verbo finito illato *παραίνεε* gravitatis causa, ut Steinius explicat.

λέγεται τάδε γενέσθαι cum acc. c. inf. aor. IX, 82, 1—16.

β. Post *φημί*, ut

τάδε φαμένων cum inf. aor. et praes. II, 32, 2—6. 55, 2—8. Cum acc. c. inf. aor. et praes. II, 118, 4—12 *τοὺς δὲ Τευκροὺς τὸν αὐτὸν λόγον λέγειν* et postea in lineis 13 et 14 acc. c. inf. praes. a *λόγον λέγειν* pendens.

τὴν πανήγυριν ἐκ τοῦδε νομίσαι φασί cum acc. c. inf. praes. et aor. II, 63, 20—27.

φασὶ τοῦδε εἵνεκα τοῦτο ποιέειν cum acc. c. inf. praes. IV, 2, 5—8. II, 175, 20—24 (*τῶνδε εἵνεκα*).

φασὶ τοιάδε μηχανήσασθαι III, 87, 2 primum cum *ὡς* et verbo finito, in lineis 7 et 8 cum acc. inf. aor. Similiter post *εἶπα* [*εἶπον*] ut

τάδε εἰπεῖν cum acc. c. inf. fut. I, 110, 18.

τόνδε τὸν λόγον εἰπόντες II, 123, 6 cum *ὡς* cum verbo finito usque ad lineam 11 ubi acc. c. inf. aor. legitur.

De omni usu verborum dicendi haec adnotanda videntur:

Λέγω = dico apud Homerum non legitur cum infinitivo. Ab Herodoto promiscue usurpatur cum *φημί* et *εἶπα* [*εἶπον*] et cum illo coniungitur. Praeter infinitivum sequitur saepissime *ὡς* sive *ὅτι* cum verbo finito, ut I, 70, 16 cet. Post *ὡς λέγουσι* et similia accusativi c. infinitivo constructio longe frequentior est, quam apud Atticos. Denique memorandum est rarissime apud Herodotum inf. fut. et acc. c. inf. fut. post *λέγω* occurrere, illum non saepius quam ter, hunc sexies.

§ 11. Accedunt verba nuntiandi, gloriandi et quae sunt similia, ut

ἀγγέλλω cum acc. c. inf. praes. *ἐληλύθεε ἀνὴρ Ἀθηναῖος ἀγγέλλων ἥκειν τὸν βάρβαρον* VIII, 50, 3. *A*, ut Xen. Cyr. 1, 5, 30 cet. Apud Homerum hac significatione cum infinitivo iunctum non exstat.

ἐξαγγέλλω. Acc. c. inf. perf. *οἱ ἐξήγγειλε ὁ οἰκέτης παῖδα γεγονέναι* VI, 65, 16. Eadem sententia antea in capite 63, 6 per *ὡς* cum indicativo enuntiata est, et postea in capite 69, 23 per participia, unde has constructiones apud Herodotum parum inter se differre apparet, cf. Kuehner. Gramm. § 550 Adn. 2. *A*, ut Xen. Hell. III, 2, 18. Ab Homero alienum est.

ἀπαγγέλλω. Acc. c. inf. praes. *ὄψις ἀπαγγέλλει παῖδα τὸν ἐμὸν βουλεύειν περὶ σέο* I, 210, 10. In I, 127, 5 cum *ὅτι* c. opt. legitur.

ὑποκρίνομαι [respondeo]. Inf. praes. et inf. perf. *ὑπεκρίναντο τὰ μὲν πρῶτα λεχθέντα ἐπιλελῆσθαι τὰ δὲ ὕστατα οὐ συνιέναι* III, 46, 5—8.

Acc. c. inf. praes. et inf. praes. VIII, 148, 24—25.

Acc. c. inf. fut. II, 162, 19 post *ὡς*.

Adnotandum est *λέγουσι τοὺς δὲ ὑποκρίνασθαι... αὐτοὶ δώσειν* I, 2, 16, ubi *αὐτοί* non ad subiectum verbi *λέγουσι*, sed ad *τοὺς δέ* relatum est. Eadem inconstantia II, 118, 15 et IV, 15, 9. *Ὑποκρίνομαι* ita ut respondendi vim habeat ab Atticis non usurpatur, sed potius *ἀποκρίνομαι*. Constructio Homerica non est.

ἀμείβομαι. Acc. c. inf. fut. *ἀμείβετο... ἦ μὲν Κορινθίους μάλιστα πάντων ἐπιποθήσειν Πεισιστρατίδας* V, 93, 4.

Acc. c. inf. praes. et perf. III, 34, 17 cum *γάρ* subita transitione cum praecedat sententia ab *ὡς* suspensa.

Praeterea hoc loco commemoranda haec:

ἀπολύω [absolvo]. Acc. c. inf. praes. *ὅσοι μὲν αὐτὸν τῶν θεῶν ἀπέλυσαν μὴ φῶρα εἶναι* II, 174, 10. Huius passivum apud Thuc. I, 95 *ἀπελύθη μὴ ἀδικεῖν* et I, 128. Apud Homerum non legitur.

καταδέω [condemno]. Acc. c. inf. praes. *ὅσοι δέ μιν κατέδησαν φῶρα εἶναι* II, 174, 13. Constructio Herodoto propria est.

ἀναιρέειν [oraculum edere]. Acc. c. inf. praes. *τὸν αὐτὸν τοῦτον ἥρωα ἀναίρεον εἶναι* VI, 69, 17. Dat. c. inf. fut. IX, 33, 8.

Acc. c. inf. praes. I, 13, 6 *ἀναιρέειν*, idem usus, ab Homero alienus, legitur apud Thuc. I, 25.

καυχάομαι [glorior]. Inf. aor. βασιλέα αὖ καυχήσεαι ὑπερ-

ῥαλέσθαι VII, 39, 11. Constructio rara est. Apud Epicratem comicum in Empori fragmento unico recurrit.

καταλέγω [commemoro]. Acc. c. inf. praes. *τῶν κατέλεξα πολίων ἡγεμονεύειν αὐτήν* VII, 99, 15, ubi

ἀναβοάω. Acc. c. inf. praes. *ἀνέβωσε... Ἀθηναίους ἀξιονικοτέρους εἶναι* IX, 27, 40.

A, ut Xen. Hell. 4, 2, 22. Ab Homero alienum est.

προαγορεύω [praedico]. Acc. c. inf. fut. *προηγόρευε γάρ οἱ... μεγάλην ἀρχὴν αὐτὸν καταλύσειν* I, 91, 18. 74, 11. *A*, ut Plat. Crito 51d. Apud Homerum non legitur.

ἀπειλέω [minitor]. Inf. fut. *σφέας πίτυος τρόπον ἀπείλεε ἐκτρίψειν* VI, 37, 9—11.

Acc. c. inf. praes. III, 124, 9.

H, ut Il. XXII, 863. Od. XI, 313 cet. cum inf. fut. Il. IX, 682 cum inf. praes. *A*, ut Eur. Med. 287 cet. cum inf. fut., Xen. Mem. III, 5, 4 cum inf. praes.

ἐπαπειλέω [minitor]. Inf. fut. *ἐπηπείλησε οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν* I, 189, 12.

A, ut Soph. El. 779. Ar. Av. 629. Ab Homero alienum est.

ἀπαρνέομαι [nego]. Inf. praes. *ἀπαρνεόμενός ἐστι μὴ μὲν νοσέειν* III, 99, 8. Apud Eur. Hipp. 1266 cum *μή* c. inf.; apud Soph. Ant. 443 et Ai. *τὸ μή* c. inf.; Plat. Gorg. 461c. *μὴ οὐ*. Apud Homerum non exstat.

ἔξαρνος ἦν [negabat]. Inf. aor. *ἔξαρνος ἦν μὴ μὲν ἀποκτεῖναι Σμέρδιν* III, 66, 13. Eodem modo Ar. Pl. 241 cet.; cum inf. sine negatione Plat. Hipp. Ma. 288c.

αὐχέω [glorior]. Acc. c. inf. perf. *αὐχέοντες δικαιότατα καὶ κάλλιστα τιθέναι τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα* II, 160, 3. *A*, ut Eur. Andr. 311; Thuc. II, 39 cet.; non Homericum.

§ 12. Verba promittendi.

ὑπίσχομαι [*ὑπισχνέομαι*]. Inf. praes. *ἐγὼ δὲ οὔτε δέκα ἀνδράσι ὑπίσχομαι οἷός τε εἶναι μάχεσθαι οὔτε δυοῖσι* VII, 104, 12. II, 28, 4 [*εἰδέναι*]. In utroque exemplo *ὑπίσχομαι* = „profiteor“, ut apud Plat. Soph. 234b, 232d, cum inf. praes.

ὑπίσχομαι = „polliceor“ cum inf. fut. III, 74, 12. VII, 168, 5—6. IX, 6, 11.

Inf. aor. VII, 215, 2.

Homerus infinitivum futuri ponere solet, ut Il. VI, 93; Od. IV, 6 cet., sed etiam cum inf. praes. ut Il. II, 112. IX, 19 (*ἀπο-*

νέεσθαι). Apud Atticos plerumque cum inf. fut., ut Soph. Phil. 615. Eur. Tro. 930; cum inf. praes. Xen. An. VII, 7, 31. Plat. Prot. 319a. Interdum apud Atticos cum aor. inf., ut Xen. An. I, 2, 2. II, 3, 20.

ὑποδέχομαι [polliceor]. Inf. fut. *ὑπεδέξατο ταῦτα τῷ πατρὶ κατεργάσεσθαι* III, 69, 17. IV, 119, 5. 133, 12. 148, 7. VI, 62, 4. VII, 158, 21. VIII, 29, 11. 102, 5. Inf. aor. I, 24, 17. VI, 2, 5. Acc. c. inf. fut. III, 62, 16. V, 111, 20. VI, 11, 15.

Apud Thuc. VIII, 81 cum inf. fut. In Hymn. Hom. Cer. 443 et 461 cum inf. fut.

ὑποδύω [in me recipio]. Inf. aor. *ὑπέδοσαν ποινὴν τῖσαι Ξέρξῃ* VII, 134, 14. *A*, ut Xen. Oec. 14, 3. Apud Homerum non legitur.

ἀναδέχομαι [in me suscipio]. Inf. fut. *ἀναδεκομένους ὑποχειρίας παρέξειν τὰς Ἀθήνας* V, 91, 15. *A*, ut Xen. Cyr. VI, 1, 17, non Homericum.

συντίθεμαι [convenire cum aliquo de re quadam]. Inf. fut. *συνθέμενοι ἡμῖν τὸν Πέρσην ἀντιώσεσθαι* IX, 7, 26. *A*, ut Thuc. VI, 65. Ab Homero alienum est.

ἐπαγγέλλομαι [polliceor]. Inf. fut. *ἐπαγγέλλονται γυναῖκάς τε καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἄχρηστα... ἐπιθρέψειν* VIII, 142, 19. *A*, ut Thuc. VI, 88. Apud Homerum non exstat.

προεῖπε [promisit]. Inf. fut. *προεῖπε τῷ πρώτῳ ἐπιβάντι τοῦ τείχεος δῶρα δώσειν* I, 84, 4. Ab Homero alienum est.

προλέγω [praedico] cum dat. Acc. c. inf. fut. *προλέγουσι Κροίσῳ... μεγάλην ἀρχήν μιν καταλύσειν* I, 53, 14, cf. Aesch. Sept. 336. Apud Homerum non legitur.

ὑποτείνω [offero conditionem]. Inf. praes. *ὑποτείνοντος τὰ ἐμπόρια συνελευθεροῦν* VII, 158, 8. *A*, ut Thuc. VIII, 47. Homericum non est.

χρᾶν [oraculum edere, polliceri] cum dat. et inf. fut. *ἡ Πυθίη οἱ χρᾷ αἱρήσειν* [*τὴν χώρην*] V, 43, 7 accusativo subiecti *αὐτόν* intellecto. *A*, ut Thuc. II, 102, cf. Ar. Vesp. 159. Constructio non Homerica est.

ἐγγυητὰς καθίστημι. Inf. fut. *ἐγγυητὰς χρῆν καταστήσαντα ἦ μὲν συνοικήσειν αὐτῇ οὕτω ἀγαγέσθαι* I, 196, 27 et

δίδωμι πίστιν. Acc. c. fut. inf. *δοὺς πίστιν... ἦ μὲν Σαμίους ἡμῖν προθύμους ἔσεσθαι συμμάχους* IX, 91, 10. Hae locutiones Atticae sunt, non Homericae.

Differt igitur infinitivus Herodoteus post verba, quae sub *α, β, γ* enumeravimus, non multum ab Homerico Atticoque.

§ 13. Verba iurandi.

ὄμνυμι. Inf. fut. *ὤμοσαν μὴ πρὶν ἐς Φωκαίην ἥξειν πρὶν ἢ* — I, 165, 15.

Acc. c. inf. aor. II, 179, 4 accusativo subiecti subintellecto. Constructio frequentior apud Homerum et apud Atticos quam apud Herodotum. Homerus ponit inf. fut., ut Il. XXI, 273 cum *μή* in sententiis negativis, aut *ἦ μέν* in affirmativis, ut Il. I, 76. Hoc apud Herodotum non legitur. Homerus habet etiam aor. inf., ut Od. II, 373, et inf. perf., ut Od. XIV, 331, Attici inf. aor., et sine *ἄν*, ut Xen. Cyr. VII, 4, 3, et cum *ἄν*, ut Xen. An. VII, 7, 40; inf. praes., ut Soph. Phil. 357 cet.

ἐπόμνυμι. Inf. aor. *θεοὺς ἐπόμνυμι τοὺς βασιληίους μὴ μὲν πρότερον ἐκδύσασθαι... πρὶν ἄν* — V, 106, 31 (ubi Naberus tamen *ἐκδύσεσθαι* scripsit). Bis apud Homerum cum. inf. aor.: Il. IX, 132 et 275. *A*, ut Xen. Symp. 9, 6.

ἐπ' ὅρκου εἶπαν. Inf. praes. *εἶπαν ἐπ' ὅρκου καὶ δὴ δοκέειν* IX, 11, 14.

τέμνω [paciscor]. Acc. c. inf. praes. *ταμόντες τοῖσι Βαρκαίοισι χρόνον μένειν τὸ ὅρκιον* IV, 201, 22.

Hic infinitivus Herodoti proprius esse videtur.

§ 14. Verba cogitandi.

νομίζω. Inf. praes. *νομίζοντες γενναιότατοι εἶναι Ἀθηναίων* I, 146, 11. I, 71, 6. II, 121ε, 24. 145, 2. 167, 8. III, 16, 14—15—16. 129, 7. IV, 3, 16. VI, 86δ, 6. VII, 8δ, 5. 151, 9. VIII, 128, 20.

Acc. c. inf. praes. *νομίζουσι αὐτοὶ ἑωυτοὺς εἶναι αὐτόχθονας* I, 171, 24. I, 4, 6. 8, 3. 34, 2. 48, 7. 53, 8. 131, 5. 134, 10. 135, 3. II, 3, 10. 17, 9—10. 26, 1, 37, 23. 38, 1—4 acc. subintellecto. 46, 8. 64, 6. 72, 3. 77, 8. 104, 6. 122, 2. III, 16, 10. 22, 9. 34, 6. 38, 7. 69, 11. IV, 20, 4. 59, 4. 94, 2. V, 82, 11. VI, 24, 5. 63, 12. VII, 3, 15. 107, 3. 150, 6. 153, 19. 156, 19. VIII, 69, 10 acc. subintellecto. 87, 21. IX, 53, 5. 116, 17.

Acc. c. inf. aor. II, 2, 2—5. VI, 84, 14. VIII, 79, 4. 94, 22.

Acc. c. inf. perf. I, 49, 6.

Acc. c. inf. fut. II, 82, 9 acc. subintellecto. Nihil simile apud Homerum. Herodoti usus idem fere atque Atticorum, sed adnotandum est, infinitivum simplicem rarum esse nec inveniri nisi praesentis temporis. De passivo impersonali *νομίζεται* antea diximus.

ἡγέομαι. Inf. praes. περὶ πολλοῦ ἡγεόμην μηδένα ξείνων κτείνειν II, 115, 14—22. Similiter cum περὶ πλείστου Thuc. II, 89 cet. Passivum impersonali constructione I, 136, 5 cum inf. praes. legitur.

Acc. c. inf. praes. ὑμέας ἥγημαι ἄνδρας Μήδων εἶναι οὐ φαυλοτέρους I, 126, 26. I, 4, 14. II, 40, 3. 47, 1. 69, 5—12. 72, 2. III, 8, 14. IV, 2, 12.

Acc. c. inf. perf. I, 4, 17.

Adnotandum est infinitivum saepe supplendum esse, ut VI, 52, 21 cet.

A; apud Homerum non legitur.

Hoc loco etiam ea exempla addere liceat in quibus δοκέω „existimo", „puto", „opinor" significat.

δοκέω. Inf. praes. ἐδόκεε ὁ Κῦρος ἐν τῷ ὕπνῳ ὁρᾶν τῶν παίδων τὸν πρεσβύτατον I, 219, 4. I, 126, 25. III, 71, 5. VIII, 19, 5. 49, 4. 108, 24. IX, 8, 11.

Inf. aor. VI, 107, 5. 131, 10. VIII, 123, 8.

Inf. fut. I, 31, 4. III, 64, 18. 155, 20. V, 15, 3. VI, 41, 14. VII, 147, 8. 213, 3. VIII, 40, 8. 106, 17. 136, 11. IX, 3, 5. 88, 6. 106, 25. 108, 11. 114, 5.

Inf. perf. VII, 19, 5. 51, 11. VIII, 100, 16.

Acc. c. inf. praes. οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί μοι λέγοντι I, 8, 10. 11, 5. 27, 16. 33, 3. 111, 22 acc. subintellecto. 158, 10. 210, 2. II, 12, 2. 15, 19. 34, 12. 139, 5. III, 30, 11. 65, 8. 74, 9. 118, 12. IV, 111, 4. 119, 19. 124, 11—12. 140, 12. 164, 16. 180, 16. V, 92γ, 12. VI, 10, 7. VII, 16, 10. 18, 2—3. 130, 16. 186, 6. 194, 4. VIII, 27, 16. 51, 13. 78, 4. 107, 11. IX, 41, 22.

Acc. c. inf. aor. I, 107, 5. II, 10, 9. 15, 18. 23, 5. 53, 4. 161, 13. III, 64, 4. 73, 9. 146, 15. IV, 96, 4. 155, 10. V, 80, 5. VI, 1, 5. VII, 12, 7. 13, 2. 19, 6. 133, 12. 185, 13. VIII, 86, 11. 112, 13. 133, 9. IX, 81, 13. 109, 9.

Acc. c. inf. fut. I, 81, 2. III, 138, 12. 146, 3. IV, 146, 12. V, 29, 12. 30, 25. 35, 5. VI, 102, 3. VII, 32, 9. 38, 6. 147, 8. 168, 16. 206, 10. VIII, 68β, 1, 108, 3. 130, 19. IX, 55, 4. 57, 2.

Acc. c. inf. perf. I, 124, 9. II, 50, 4 acc. subintellecto. 169, 8. VI, 49, 8.

δοκέω = „puto" non occurrit apud Homerum cum acc. c. inf. nisi semel Il. VII, 192 acc. c. inf. futuri, cum infinitivo simplici non exstat. Apud Atticos pervulgatum est. De δοκέω = „videor" postea disseremus.

καταδοκέω [cogito]. Acc. c. inf. praes. σφέας καταδόξας... χαρμόσυνα ταῦτα ποιέειν III, 27, 7.

Acc. c. inf. aor. IX, 57, 4. Ab Homero alienum est.

λογίζομαι [censeo, considero]. Inf. fut. *οὐδαμὰ ἐς αὐτὴν ἥξειν ἔτι ἐλογίζετο* V, 35, 23. VII, 176, 31.

Acc. c. inf. praes. *τὴν ἀκοὴν οὐκ εἶναί μοι λογίζομαι* I, 38, 9. II, 46, 3. 145, 11.

Acc. c. inf. fut. VIII, 136, 17.

Cum participio III, 65, 22 positum est.

A, ut Xen. An. II, 2, 13 cet., non Homericum.

κρίνω [*κρίνομαι*]. Inf. praes. *ἐκρίθη εἶναι Ἕλλην* V, 22, 12.

Acc. c. inf. praes. *κρίνεις Τέλλον εἶναι ὀλβιώτατον* I, 30, 19. IV, 142, 4. VI, 66, 10. VII, 19, 3. IX, 26, 16. III, 20, 12.

Acc. c. inf. aor. I, 214, 5.

Acc. c. inf. fut. VII, 19, 3.

A, ut Aesch. c. Ctes. 903, non apud Homerum.

ὁμολογέω. Inf. praes. *ὡμολόγησαν ἑκατὸν τάλαντα ἐκτίσαντες ἀζήμιοι εἶναι* VI, 92, 12. II, 75, 16.

Inf. perf. II, 104, 13.

A; apud Homerum non legitur.

καταφρονέω [idem fere ac simplex *φρονέω* significat „cogitare“: Schweigh.].

Inf. praes. *καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι* I, 66, 6. Apud Thuc. III, 83 cum Inf. c. *ἄν*, item apud Xen. in Hell. IV, 5, 12. Ab Homero alienum est.

συμβάλλομαι [conicio]. Acc. c. inf. praes. *συνεβάλλετο τὸν Ὀρέστεα κατὰ τὸ θεοπρόπιον τοῦτον εἶναι* I, 68, 16. II, 33, 7. 112, 9. V, 1, 15. VI, 80, 7. VII, 142, 10. 189, 7.

Acc. c. inf. perf. VI, 108, 1.

Inf. fut. simplex *συνεβάλετο... τὴν ἀρχὴν τελευτήσειν* VI, 107, 6. Medium in hunc modum cum inf. non ante Herodotum usurpatum est.

φράζομαι [cogito]. Inf. praes. *ἐφράζετο... δυνατὸς εἶναι* cet., sed diversae significationis est activum cum inf. aor. et praes. IV, 113, 8.

A et *H*, ut Od. XI. 624.

νοέω [meditor]. Inf. praes. *τὸ νοέω πρήσσειν* VII, 8*α*, 17. *H*, ut Il. V, 665 cet., et

νοέομαι. Inf. praes. I, 77, 15.

Inf. fut. VII, 206, 8. Semel apud Homerum cum inf.: Il. X, 501. Vide p. 37 *ὑπονοέω*.

ἐπιλέγομαι [mecum cogito]. Inf. fut. *πᾶν ἐπιλεγόμενος πείσεσθαι χρῆμα* VII, 49, 22. 52, 10. *A*, ut Aesch. Ag. 1498, ab Homero alienum est.

δοξόομαι [existimor]. Inf. praes. *δεδόξωσθε πρὸς αὐτοῦ ἄνδρες εἶναι ἀγαθοί* VII, 135, 11. VIII, 124, 4. IX, 48, 19. Vox Herodoti propria est.

οἴομαι. Acc. c. inf. fut. *ἐπιθήσεσθαι γάρ οἱ πάντα τινα οἴετο* IX, 98, 8. Haec constructio, pervulgata apud Homerum et Atticos, apud Herodotum non legitur nisi semel.

ἐπίσταμαι. Acc. c. inf. praes. *ἠπιστέατο τοὺς κειμένους εἶναι πάντας Λακεδαιμονίους καὶ Θεσπιέας ὁρέοντες καὶ τοὺς εἵλωτας* VIII, 25, 4. 88, 10. IX, 94, 10 hoc loco verti potest aut „credo“ aut „scio“, alibi existimandi vim habet.

Acc. c. inf. aor. I, 122, 5. III, 66, 9. VIII, 5, 16. IX, 27, 4.

Acc. c. inf. perf. III, 140, I. V, 74, 3 acc. subintellecto. Ubi existimandi notionem habet, saepe sequitur *ὡς* aut *ὅτι* cum verbo finito, ut I, 156, 4. II, 152, 8 cet. Cum participio V, 42, 3. Notandum est *τὴν Σάμον ἐπιστέατο δόξῃ καὶ Ἡρακλέος στήλας ἴσον ἀπέχειν* VIII, 132, 16, ubi *ἐπίστασθαι δόξῃ* significat falso conicere. Alias ut semper in sermone Attico *ἐπίστασθαι* = „scire“, „nosse“, ut III, 134, 10. III, 108, 9 cum acc. c. inf. praes. et VII, 172, 13 cum acc. c. inf. fut. Cum *ὅτι* c. indic. I, 96, 15; cum *ὡς* c. opt. I, 122, 9; saepe cum participio, ut I, 91, 13 cum *ὡς*. Adnotandum est VII, 209, 16 imperativo *ἐπίστασο* subiungi indicativum, non addito *ὡς* aut *ὅτι*. Infinitivus post *ἐπίστασθαι* = putare Herodoti proprius est. *Ἐπίστασθαι* cum inf. apud Homerum non legitur nisi cum „scire“, „posse“ valet.

ποιέομαι [aestimo]. Acc. c. inf. aor. *ἀρὴν ἐποιήσαντο παῖδα γενέσθαι* VI, 63, 16.

Infinitivo subintellecto I, 131, 2. II, 86, 5. 170, 2. IX, 58, 17. *A*, apud Homerum non legitur.

γνώμην ἔχω [puto]. Acc. c. inf. praes. *γνώμην εἶχον ἀτρεμίζοντά σε μακαριστὸν εἶναι* VII, 18, 14. Hoc loco etiam alias quasdam locutiones apponimus eiusdem fere significationis, ut

ταύτῃ πλεῖστος γνώμην εἰμί c. acc. c. inf. praes. I, 120, 20. VII, 220, 7—24, quod Herodoti proprium est. Simile est *ἡ πλείστη γνώμη ἦν* c. inf. praes. V, 126, 3.

τίθεμαι γνώμην c. acc. c. inf. fut. III, 80, 31.

γνώμη ἐστί c. inf. praes. V, 126, 3. IV, 137, 4; cum acc. c. inf. praes. IV, 132, 3.

γνώμη μοι ἀποδεδέχθω c. acc. c. inf. aor. VIII, 8, 17.

εἰκάζω [coniecto]. Acc. c. inf. praes. *εἰκόνα εἰκάζουσί μιν εἶναι* II, 106, 18. IV, 132, 10.

Acc. c. inf. aor. IX, 22, 15, acc. subintellecto. *A*, ut Thuc. V, 9 cet., ab Homero alienum est. Apud Herodotum, ut apud

Atticos, infinitivus saepe intellegendus, ut IV, 31, 10, cf. Soph. Ant. 1244.

ἐνδέχομαι [credo]. Acc. c. inf. praes. *οὔτε γὰρ ἔγωγε ἐνδέκομαι Ἠριδανὸν καλέεσθαι ... ποταμόν* III, 115, 4, sed VII, 237, 5 cum *ὅπως*.

πιστεύω. Acc. c. inf. praes. *ταῦτα ... πιστεύσαντες εἶναι ἀληθέα* VI, 105, 12, cf. Eur. Herc. fur. 146.

Dat. et inf. praes. IV, 44, 5. 140, 1.

A, ut Thuc. III, 4 cet., non est Homericum.

ἀπιστίη ὑπεκέχυτο. Acc. c. inf. praes. *ἀπιστίη πολλὴ ὑπεκέχυτο τοὺς Μάγους ἔχειν τὰ πρήγματα* III, 66, 8.

Acc. c. inf. fut. II, 152, 14.

ὑποπτεύω [suspicor]. Acc. c. inf. praes. *ὑπώπτευον οὕτω τοῦτο ἔχειν* III, 70, 4. VIII, 100, 5. 127, 3.

Acc. c. inf. fut. III, 77, 4, sed III, 68, 5 *ὑπώπτευσε τὸν Μάγον ὡς οὐκ εἴη* cet. Cum acc. c. inf. saepe apud Thuc. et alios, non apud Homerum.

ὑποτοπέομαι. Acc. c. inf. praes. *ὑποτοπηθέντες Δαμάρητον δρησμῷ ἐπιχειρέειν, ἐδίωκον* VI, 70, 5. Activo saepe utuntur Attici, ut Thuc. c. acc. c. inf. I, 51. I, 20 cet. Deponens cum inf. construitur apud Ar. Thesm. 496.

Homerus verbum ignorat.

ὑπονοέω [suspicor]. Acc. c. inf. praes. *ὑπονοήσαντες τοὺς Σαμίους τὰ Ἑλλήνων φρονέειν* IX, 99, 6, sed apud Xen. in Cyr. III, 3, 20 cum *ὅπως* et Hell. IV, 8, 35 cum *ὅτι*.

Adnotandum est Herodoto eundem fere usum infinitivi post verba cogitandi placere atque Atticis, eoque Herodotus ab Homero differt, quod poëta infinitivo multo rarius utitur post verba cogitandi.

§ 15. Verba expectandi.

ἐλπίζω, apud Herodotum saepius = „existimo", „puto", interdum cum notione sperandi aut metuendi.

Inf. praes. *ἐλπίζων εἶναι ἀνθρώπων ὀλβιώτατος* I, 30, 14.

Inf. fut. I, 50, 6. 54, 3. 71, 3. III, 130, 12. VI, 29, 7 [spero]. VII, 10α, 10. 17, 2. 168, 23. VIII, 12, 8 [metuo]. 19, 6. 24, 14. 74, 3.

Inf. perf. III, 62, 6.

Acc. c. inf. praes. *ἐλπίσας μιν λέγειν ἀληθέα* III, 62, 6. I, 27, 10. 75, 6. III, 62, 6. 157, 5. IV, 135, 17, VI, 140, 8. VIII, 108, 3. IX, 110, 4.

Acc. c. inf. praes. et inf. perf. pro futuro I, 22, 9 [metuo].

Acc. c. inf. fut. I, 56, 3. III, 143, 9. VII, 192, 8. 210, 2. VIII, 10, 4. 96, 4. IX, 4, 6. 13, 7.

Acc. c. inf. perf. IV, 84, 6.

Acc. c. inf. perf. et fut. VII, 212, 6.

Acc. c. inf. aor. cum ἄν III, 151, 11 (arbitror). Similiter aor. inf. cum ἄν apud Soph. Phil. 629 cet. Infinitivus aoristi sine ἄν, ut apud Xen. in Ages. 7, 6, apud Herodotum non legitur. Interdum hoc cum μή coniungitur, ad metuendi verborum similitudinem, ut: *οὐδαμὰ ἐλπίσας μή κοτε ... ἐλάσῃ* I, 77, 20. VIII, 53, 5. *ἐλπίζω* = „arbitror", „puto" etiam apud Atticos, ut Eur. Andr. 720 *βοῦν ἢ λέοντ' ἤλπιζες ἐκτείνειν;* Thuc. I, 1 cet. Simile est „hope" in prisca lingua Anglica, ut „I hope he wol be ded", Chaucer. Eadem significatione forma Ionica.

ἔλπομαι. Acc. c. inf. praes. VII, 237, 4. IX, 113, 3 [vereor].

Acc. c. inf. fut. VI, 109, 23. VII, 218, 8. „In his exemplis magis de metu, quam de spe agitur."

Acc. c. inf. praes. c. ἄν II, 26, 12, ubi *ἔλπομαι* est „existimo", „censeo" et *ποιέειν ἂν* pro *ἐποίει ἄν.*

Acc. c. inf. aor. c. ἄν II, 11, 18, acc. subintellecto, et II, 120, 16.

Homerus ponere solet acc. c. inf. praes., aut inf. praes., ut Il. XIII, 309 cet. Fut. inf. Il. XIII, 8. Acc. c. inf. aor. Il. VII, 199. Inf. perf. Il. XV, 110 ut verbum vel spem, vel cogitationem, vel metum significet. Ceterum forma Attica *ἐλπίζω* apud Herodotum frequentior est quam *ἔλπομαι.*

ἐλπίδας ἔχω [spero]. Inf. fut. *ἐλπίδας πολλὰς ἔχων Ἰωνίης τε καὶ νήσων ἄρξειν* III, 122, 12. V, 35, 22. 36, 16—18.

Acc. c. inf. fut. *ἐλπίδας πολλὰς ἔχοντες ... πάντα ποιήσειν τοὺς Ναξίους* V, 30, 30. VI, 11, 12. IX, 106, 13.

Acc. c. inf. praes. III, 119, 9 *ἐλπίδας πολλὰς ἔχων* = „valde existimans"; vide Stallbaum ad Platonis Philebum p. 91 de significatione vocis *ἐλπίς*. Eadem formula legitur apud Pind. P. 3. 196 [edit. Boeckh.] cum inf. aor. *κλέος εὑρέσθαι,* cum *ὡς* et inf. fut. Soph. O. C. 383, cum *ὥστε* et inf. aor. Eur. Or. 52, non apud Homerum.

κατελπίζω [spero]. Inf. fut. *κατήλπιζε εὐπετέως τῆς θαλάσσης κρατήσειν* VIII, 136, 15. Vox neque apud Homerum neque apud *Atticos invenitur;* sed recurrit apud posteriores.

ἀελπτέω [minime spero]. Acc. c. inf. fut. ἀελπτέοντες τοὺς

Ἕλληνας ὑπερβαλέεσθαι VII. 168, 15. *H*, ut Il. VII, 310 cum acc. c. inf. praes. Non nisi in his duobus locis.

προσδοκῶ [expecto]. Inf. fut. *προσδοκῶντας ἀπολέεσθαι* VII, 156, 12.

Acc. c. inf. fut. *παῖδά τε σόν... προσδόκα τοι ἀπονοστήσειν* I, 42, 10. VII, 156, 15. 235, 10—18.

A, ut Aesch. Pr. 930 cet. cum inf. fut.; Ar. Ran. 556 cum aor. inf. c. *ἄν*, Aesch. Ag. 674 sine *ἄν*; Eur. Alc. 1091 cum inf. praes.; Plat. Polit. 275a cum inf. perf. Sic

προσδέκομαι. Acc. c. inf. fut. *οἱ Νάξιοι οὐδὲν πάντων προσεδέκοντο ἐπὶ σφέας τὸν στόλον τοῦτον ὁρμήσεσθαι* V, 34, 2. VII, 235, 21. VIII, 130, 14—15. IX, 6, 3. Apud Xen. Cyr. IV, 5, 22 cet. legitur.

Infinitivus post *προσδοκῶ* et *προσδοκέομαι* voces ab Homero alienas, ut antea ostendimus, apud Atticos frequentissimus cuiusvis temporis. Apud Herodotum solum infinitivus futuri occurrit.

§ 16. Verba quae „videri" significant.

δοκέω cum. dat. personae. Inf. praes. *ἔδοξε τῷ βουκόλῳ... εὖ λέγειν ἡ γυνή* I, 113, 2. I, 86, 32. 90, 2. 115, 10. 116, 3—5—6. 122, 14. 187, 10. 207, 7—8. II, 5, 1. 8, 19. 10, 2. 18, 6. 24, 3. 25, 13—14. 28, 6. 44, 21. 45, 9. 49, 2. 57, 4—7. 70, 3. 93, 28 *ἐγώ μοι δοκέω κατανοέειν τοῦτο* ut apud Atticos = „videor mihi". 98, 5. III, 16, 23. 34, 21. 42, 8. 63, 17. 116, 9. 134, 30. 153, 11. 154, 2. IV, 29, 2. 94, 12. 126, 5. 134, 12. 139, 4. 198, 2. V, 10, 4—6. 80, 2. 92α, 8. 118, 7. VI, 82, 16. VII, 8δ, 7. 10δ, 5. 10ζ, 4. 10η, 7. 59, 7. 107, 9. 142, 1. 237, 2—10. VIII, 129, 17. IX, 25, 14. Sine dat. personae I, 10, 2. 27, 1. 37, 11—12. III, 34, 15. 109, 16. 129, 7. IV, 114, 19. 176, 6. V, 80, 6. VI, 104, 7. VII, 46, 17. 173, 21. VIII. 73, 12. 80, 8. 110, 2. 132, 15. 136, 16. 143, 14. IX, 5, 4. 41, 22. 44, 4—5. 79, 2. 87, 11. 96, 9.

Inf. aor. c. dat. personae I, 58, 8. 143, 3—4. II, 49, 18. 57, 2. 103, 5. 109, 11. 116, 3. III. 16, 31. 38, 22. 82, 3. 119, 29. 137, 22. IV, 189, 12. VI. 84, 18. 117, 11. VII, 142, 7. Sine dativo I, 10, 9.

Inf. fut. c. dat. personae II, 13, 12.

Inf. perf. c. dat. personae V, 67, 14. III, 14, 44. 64, 14. IV, 140, 8. Sine dat. II, 15, 15.

De formula *ὡς ἐμοὶ δοκέειν* cet. postea dicam. De constructionibus quae impersonales dicuntur antea diximus. Post hoc verbum „videri" significans infinitivi praes., aor., fut., perf. occurrunt, sed futuri infinitivus non saepius quam semel, perfecti raro

legitur. *A*, *H*, ut Od. V, 342. XVII, 415 cet. inf. praes., inf. fut. raro, ut Il. VI, 338; nunquam inf. aor.

φαίνομαι c. dat. personae. Inf. praes. *ἐμοὶ δὲ σὺ καὶ πλουτέειν μέγα φαίνεαι καὶ βασιλεὺς πολλῶν εἶναι ἀνθρώπων* I, 32, 23. 51, 13. 120, 12. 143, 12. II, 10, 5. 134, 6. IV, 42, 5. 119, 9. V, 10, 5. 92δ, 6. 106, 9. VII, 48, 7. 104, 24. 139, 3. 177, 1. 209, 4—22. 210, 4. VIII, 10, 12. IX, 106, 10. Sine dativo I, 174, 17.

Inf. aor. I, 27, 14. IV, 134, 10. VII, 137, 7. VIII, 134, 3.

Inf. fut., sine dativo VII, 48, 5—6.

Inf. perf. I, 155, 6.

H, ut Od. XV, 25. XI, 336. *A*, ut Ar. Nub. 403 cet.

Apud Herodotum saepe cum participio coniunctum est ut VII, 173, 21.

καταφαίνομαι c. dat. personae. Inf. praes. *ὡς ἐμοὶ καταφαίνεται εἶναι* I, 58, 3. III, 53, 6. 130, 4. VI, 13. 7. *A*, ut Plat. Legg. 812a. Ab Homero alienum est.

οἶκα. Inf. praes. *ἐκφαίνειν οἶκας σεωυτὸν ἐόντα τοῦ πατρὸς οὐδὲν ἥσσω* III, 71, 11. 116, 10. VIII, 118, 16. VII, 162, 3.

Inf. aor. VIII, 144, 6.

Inf. perf. V, 20, 15.

Inf. fut. VII, 162, 3.

A, *H*, ut Od. XXII, 348.*)

κινδυνεύω. Inf. praes. *κινδυνεύουσι δὲ οἱ ἄνθρωποι οὗτοι γόητες εἶναι* IV, 105, 7.

Hac notione *κινδυνεύω* non occurrit apud Herodotum nisi hoc loco. *A*, ut Thuc. III, 74 c. inf. cet. Apud Homerum non legitur.

§ 17. Verba sentiendi.

ἀκούω. Acc. c. inf. praes. *λέγειν δὲ αὐτὸν περὶ τοῦ πάθεος ἤκουσα* VI, 117, 10. II, 150, 21. VII, 128, 5. VIII, 136, 12. IX, 115, 3.

Acc. c. inf. aor. II, 150, 19. VII, 55, 13. VIII, 109, 8. IX, 84, 3. 85, 19.

Acc. c. inf. perf. VII, 10γ, 12.

Etiam cum participio VII, 10θ, 14 eadem differentia significationis atque apud Atticos. Homerica constructio non est.

---

*) Hoc loco [Od. XXII, 348] ἔοικα = „mir scheint", „mir ist es" Faesi interpretatur, secundum Eustathium; Ameis: „videor mihi"; contra Krüger [Sprachlehre, II. Theil, II. Heft § 56, 4, 1] negat Homerum ἔοικα pro „videor" dixisse, sed ego hoc exemplum eis quae supra memoravi addendum puto.

Ἀκούω = „existimor“, „dicor“, quae significatio apud Homerum non reperitur, apud Herodotum semel legitur, ut *Ἀργεῖοι ἤκουον μουσικὴν εἶναι Ἑλλήνων πρῶτοι* III, 131, 13; *A*, ut Soph. Phil. 1074.

εἶδον [vidi]. Acc. c. inf. praes. *εὕδων εἶδον τῶν σῶν παίδων τὸν πρεσβύτατον ἔχοντα … πτέρυγας καὶ τούτων τῇ μὲν τὴν Ἀσίην τῇ δὲ τὴν Εὐρώπην ἐπισκιάζειν* I, 209, 20. Similiter apud Thuc. IV, 27 transitio post *ὁράω* a participio in acc. c. inf. fit. Constructio non Homerica.

οἶδα. Acc. c. inf. perf. *ἴσθι αὐτὸν ἐπ' ἑωυτοῦ βαλλόμενον πεποιηκέναι* V, 106, 19. Infinitivus post *οἶδα* rarus est et plerumque poetici sermonis proprius, ut Eur. I. A. 1005, Aesch. Pers. 431, sed item Xen. Cyr. VIII, 3, 44. Apud Homerum non legitur. Herodotus utitur etiam participio, ut IV, 76, 27 cet.

γινώσκω [censeo, iudico]. Acc. c. inf. praes. *ἔγνωσαν … τοσούτῳ τοῦτον εἶναι ἀμείνω* X, 71, 18. V, 22, 7 acc. subintellecto. VII, 143, 15.

Acc. c. inf. aor. I, 74, 19. IX, 71, 16—17.

Acc. c. inf. perf. VI, 85, 4.

Inf. aor. *ἔγνωσαν συμβουλῆς πέρι ἐς θεὸν ἀνοῖσαι* I, 157, 12, ubi *γινώσκω* = „decerno“.

A, ut Thuc. I, 43; Xen. An. I, 9, 17. Ab Homero alienum est.

συγγινώσκω [cognosco]. Acc. c. inf. praes. *συγγνόντες ποιέειν σε δίκαια* I, 89, 14. 91, 31. VI, 140, 9.

Inf. aor. *συγγνόντες ἀδικῆσαι* VI, 92, 11.

Dat. et inf. praes. *οὔ οἱ συγγινώσκων λέγειν ἀληθέα* IV, 43, 29 [credo], et medium.

συγγινώσκομαι. Inf. praes. I, 45, 18. III, 53, 3 cum dativo pronominis reflexivi *συγγινώσκομαι* = „agnosco“. Sine dativo IV, 126, 7. V, 86, 7. VI, 61, 9.

Hic infinitivus quamvis saepe apud Herodotum occurrat, neque Homericus neque Atticus est, sed apud posteriores iterum legitur, ut apud Plut. Pomp. 14, 10. Herodotus posuit etiam dativum participii post *συγγινώσκειν*, ut V, 91, 12.

πυνθάνομαι. Acc. c. inf. praes. *πυθόμενος τὸν Κροῖσον εἶναι θεοσεβέα* I, 86, 10. I, 62, 10. 97, 2. 157, 3. 196, 4. II, 44, 3. III, 122, 15—16. 127, 7. V, 15, 1. 30, 19. 111, 6. 122, 6. VI, 125, 8. VII, 8γ, 10 acc. subintellecto. 114, 6—11. 121, 7. 128, 4—9. 145, 9. 147, 14. 225, 7. 226, 7. VIII, 6, 4. 110, 13 *ἐπυνθάνοντο τὸν Ἰσθμὸν αὐτοὺς τειχέοντας … τὰ ἄλλα δὲ ἀπιέναι*. Ex hoc exemplo quid differant participium et infinitivus post *πυνθάνομαι* positi maxime elucet, utraque enim constructio quae audienda

comperta sunt indicat, sed participium de eo est quod fit, infinitivus de quo rumor est. VIII, 141, 2. IX, 3, 8. 31, 2. 96, 5.

Acc. c. inf. perf. I, 70, 15. V, 15, 6. 104, 8. 106, 5. 132, 5. VII, 159, 3. VIII, 71, 4.

Acc. c. inf. aor. I, 170, 3. IV, 133, 7. VII, 166, 8—10.

A, ab Homero alienum est. Herodotus ponit etiam *ὡς* cum verbo finito post *πυνθάνομαι*, ut I, 96, 20. V, 121, 3, item *ὅστις* cum verbo finito ut III, 68, 14—20.

Ex exemplis supra memoratis intellegimus usum Herodoteum infinitivi post verba sentiendi, dicendi cetera ampliorem esse quam Homericum propiusque ad usum Atticum accedere, quamvis distet ab hoc in quibusdam exemplis de quibus antea ad singula verba disseruimus, cf. imprimis *προσδέχομαι, προσδοκέω, κατελπίζω, ἀελπτέω, δέχομαι.*

§ 18. Hoc loco addenda sunt verba quaedam post quae infinitivus pleonastice addi dicitur, ut

διαιρέω [definio]. Acc. c. inf. praes. *κατὰ ἡμεῖς διαιρέομεν εἶναι Αἴγυπτον* II, 6, 2. Eodem modo medium VII, 47, 3, sed VII, 16γ, 2 sine *εἶναι*. Hoc *εἶναι*, non necessarium in sermone graeco, ut apud Anglos: „as I define Egypt", aut „as I define Egypt to be", Herodoto saepe placuit; vide exemplo similium verborum apud Steinium ad II, 6, 2. *Διαιρέω* eadem vi saepe apud Platonem, non apud Homerum. Simile est

ὀνομάζω. Acc. c. inf. praes. *τὰς ὀνομάζουσι Δήλιοι εἶναι Ὑπερόχην τε καὶ Λαοδίκην* IV, 33, 15. *A*, ut Xen. Apol. 13 cet. Simile est *ἱρὸν Ἡρακλέος ἐπωνυμίην ἔχοντες Θασίου εἶναι* II, 44, 14.

§ 19. Appendicis instar addimus exempla, in quibus infinitivus in sententiis hypotacticis aut post coniunctiones aut post pronomina relativa in oratione obliqua pro verbo finito legitur.

α. Post coniunctiones.

ὡς [cum]. Inf. aor. *ὡς δὲ ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος* — I, 141, 7. II, 107, 8. VIII, 94, 10.

Acc. c. inf. praes. I, 24, 30. 94, 12. II, 121β, 6. 121δ, 18. 121ε, 10. 140, 1. III, 87, 6. VIII, 94, 6.

Acc. c. inf. aor. I, 86, 17. II, 121β, 1—12. 121δ, 11—19. 162, 23. III, 35, 10. IV, 9, 1. 11, 20. 179, 6. VI, 137, 9. VII, 148, 19. 170, 9. Simile est *ὡς δὲ ἐκβῆναι τάχιστα ἐς γῆν τὸν Ξέρξην, ποιῆσαι τοιόνδε* VIII, 118, 19; eadem locutio I, 65, 23 cum indicativo.

ὡς [quod] III, 32, 16—21 Acc. c. inf. aor. et praes.

ὡς *[quemadmodum]*. Inf. perf. *ὡς ἑκάστοισι προστετάχθαι* II, 140, 5.

ἐπεί [temporale]. Inf. perf. *ὅσον μὲν γὰρ χρόνον εἶχον τὰ ἀγάλματα ἐν τῇ χώρῃ ἐπιτελέειν τὰ συνέθεντο, ἐπεὶ δὲ ἐστερῆσθαι αὐτῶν* V, 84, 7.

Acc. c. inf. praes. IV, 33, 20.

Acc. c. inf. aor. IV, 10, 6.

ἐπεί [causale]. Inf. praes. *ἐπεί γε καὶ ἐν Σπάρτῃ... οὕτω νομίζεσθαι* VII, 3, 12.

Acc. c. inf. praes. VII, 150, 16. VIII, 111, 12, ubi oratio ab *ὡς* cum verbo finito in acc. c. inf. transit.

ἐπείτε [causale et temporale]. Acc. c. inf. praes. *ἐπείτε δὲ οὐκ ἀνιέναι τὸ κακὸν ἀλλ' ἔτι ἐπὶ μᾶλλον βιάζεσθαι* I, 94, 22. II, 42, 12.

Acc. c. inf. aor. II, 118, 9. VI, 84, 5. 137, 6 *ἐπείτε γὰρ ἰδεῖν* longa sentencia interiecta repetitur per *ὡς ἰδεῖν*. VIII, 135, 7.

ἐπειδή. Acc. c. inf. praes. et aor. *ἐπειδὴ ἐκ τῆς Ὀάσιος ταύτης ἰέναι... γενέσθαι τε αὐτούς* cet. III, 26, 15.

εἰ. Inf. praes. *εἰ γὰρ πρότερον εἶναι δημότης ἀλλ' ἐν τῷ παρεόντι εἶναι αὐτῶν βασιλεύς* II, 172, 19. 129, 14.

Acc. c. inf. praes. *εἰ ὦν εἶναι τῷ θεῷ τοῦτο μὴ φίλον* II, 64, 9. III, 105, 6. 108, 2.

Acc. c. inf. aor. VII, 229, 15—16.

ὅτι. Inf. fut. *εἶπον μὲν καὶ πρότερόν τοι ὅτι ἐπεί με Ζεὺς ἔδωκέ τοι, τὸ ἂν ὁρέω σφάλμα ἐὸν οἴκῳ τῷ σῷ, κατὰ δύναμιν ἀποτρέψειν* I, 207, 5, *ὅτι* perspicuitatis causa posito, ut Steinius demonstravit.

διότι. Inf. aor. *παθεῖν δὲ ταῦτα διότι συμβουλεῦσαί οἱ ἀπανιστάναι τὴν στρατιήν* III, 156, 11.

Acc. c. inf. aor. III, 55, 12.

ὅκως. Acc. c. inf. praes. *ὅκως γάρ οἱ φοιτᾶν σῖτον ἄγοντας* cet. II, 140, 4.

ἕως. Inf. praes. *ἐντειλάμενος ἐς τὸ ὀπίσω δι Ἡρακλέων στηλέων ἐκπλέειν ἕως ἐς τὴν βορηΐην θάλασσαν καὶ οὕτω ἐς Αἴγυπτον ἀπικνέεσθαι* IV, 42, 13.

ἔστε. Acc. c. inf. praes. *ἔστε τὸ δεύτερον ἐρημωθείσης Κρήτης μετὰ τῶν ὑπολοίπων τρίτους αὐτὴν νῦν νέμεσθαι Κρῆτας* VII, 171, 11,

ἔνθα [ubi]. Acc. c. inf. praes. *πρὸς ἀποκρήμνοισι ὄρεσι, ἔνθα πρόσβασιν ἀνθρώπῳ οὐδεμίαν εἶναι* III, 111, 10. Acc. c. inf. perf. IX, 41, 10.

β. Post pronomina relativa, ut

Acc. c. inf. praes. *τῷ οὔνομα εἶναι Τυρσηνόν* I, 94, 27. Haec locutio *τῷ οὔνομα εἶναι* legitur item II, 112, 3. 137, 3. 141, 2. III, 120, 9. IV, 5, 4. 81, 17. 195, 2 (τῇ). V, 9, 6 (τοῖσι). VI, 52,

7 (τῇ). VII, 232, 3. Ad has locutiones accedunt exempla alia, ut τὸν οὐδένα δύνασθαι ὑποβαλέσθαι II, 121α, 3. Similia sunt: I, 202, 10. II, 129, 13. VI, 137, 10. II, 117, 12. 121α, 6. IV, 9, 5.

Acc. c. inf. aor. II, 129, 3. 136, 3.

Acc. c. inf. fut. III, 135, 14.

Acc. c. inf. perf. II, 141, 6.

Post relativum cum praepositione, ut

ἐς ὅ. Acc. c. inf. praes. μεθύσκεσθαι ἐς ὃ ἐς ὄρχησίν τε ἀνίστασθαι καὶ ἐς ἀοιδὴν ἀπικνέεσθαι I, 202, 14, τούτους, subiecto praecedente.

Acc. c. inf. aor. I, 94, 32. II, 102, 6. V, 85, 12. 86, 14.

ἐς τόν. Acc. c. inf. praes. ἐκ τοῦ πυδανιπτῆρος τὤγαλμα γεγονέναι ἐς τὸν πρότερον μὲν τοὺς Αἰγυπτίους ἐνεμέειν cet. II, 172, 16.

ἐν τῇ. Acc. c. inf. praes. πόλιν ἐν τῇ πάντας εἶναι τοῖσι ἄγουσι τὸ μέγαθος ἴσους II, 32, 38. IV, 7, 14.

ἐν ᾧ [temporale]. Acc. c. inf. praes. ἐν ᾧ τοὺς μύρμηκας συλλέγεσθαι cet. III, 105, 7.

ἐν τοῖσι [temporale]. Acc. c. inf. praes. ταῦτα ἕξ τε καὶ ἑκατὸν λογίζονται ἔτεα, ἐν τοῖσι Αἰγυπτίοισί τε πᾶσαν εἶναι κακότητα καὶ τὰ ἱρὰ χρόνου τοσούτου κατακληισθέντα οὐκ ἀνοιχθῆναι II, 128, 2. In hoc exemplo sententia relativa in altera parte, τε — καί, in demonstrativam transiit.

Acc. c. inf. aor. II, 137, 7.

Exempla alia sunt, post

ὁκόσον. Inf. perf. ἐξεληλυθέναι τὸν χρόνον ὁκόσον κεχρῆσθαι ἄρξαντα Αἰγύπτου ἐκχωρήσειν II, 139, 10.

ὅσῳ. Acc. c. inf. aor. ἑωυτοὺς δὲ γενέσθαι τοσαύτῳ ἐκείνων ἄνδρας ἀμείνονας, ὅσῳ παρεὸν ἑωυτοῖσι ἀποκτεῖναι τοὺς Πελασγούς... οὐκ ἐθελῆσαι VI, 137, 23.

Haec anomalia non prorsus evanuit in sermone Attico. Post pronomina relativa exstat apud Thuc. I, 91. II, 13 cet.; post ὅσα Thuc. I, 91; ὅθεν Plat. Phaed. 72 a. Post coniunctiones, ut ἐπεί Xen. An. V, 7, 18; Thuc. II, 93; ὡς Xen. Cyr. V, 2, 4; ἐπειδή et ἐν ᾧ, Plat. Civ. 614b; post εἰ frequens apud Herodotum, apud Atticos rarum, ut Thuc. IV, 98.

Notandum maxime apud Herodotum VI, 137, 5—10, ubi in eadem sententia infinitivus primo post ἐπείτε, deinde post ὡς, tum post pronomen relativum legitur, et III, 105, 6—7, ubi infinitivus item ter post ὥστε, εἰ et ἐν ᾧ in eadem sententia invenitur. Ἕως cum infinitivo coniunctum Herodoti proprium est, apud posteriores demum interdum invenitur, ut apud Aelianum [apud Suid. sub voce ἱλυσπώμενον]. Etiam infinitivus post ἐς ὅ Herodoti proprius,

sed *διότι* cum infinitivo etiam apud posteriores exstat, ut apud Polyb. XXXI, 20, 4, Diod. IV, 76.*)

Quod infinitivus in hypotacticis sententiis post coniunctiones et relativa frequentissimus est apud Herodotum, apud Atticos multo rarius legitur, facilem habet explicationem. Herodotus artificiosas constructiones non affectat, et suo ingenio et consuetudine scribendi, quae tum erat, impeditus. Itaque hypotaxis, non iam adulta Graecorum oratione pedestri, imperfecta apud eum mansit. Hoc apparet vel inde, quod sententias causales per *γάρ* adnectere solet, rarius usurpato *ἐπεί* hypotactico. Indidem etiam explicandum, quod in oratione obliqua non animadvertit post coniunctiones aut relativa finitum verbum esse ponendum, sed infinitivum ponit, pariter atque in sententiis primariis.

Videmus igitur orationem Herodoteam mediam quandam esse inter Homericam Hesiodeamque, cui parataxis maxime placet, et Atticam, quae perfectam periodi formam excoluit.

*) De origine et vi talium infinitivi constructionum vide Jolly: „Geschichte des Infinitivs im Indo-Germanischen“ p. 221. Delbrück: „De Infinitivo Graeco“ p. 31.

VITA.

Robertus Sharp natus sum in urbe Virginiae, quae Lawrenceville nominatur, anno 1852. Quoniam corpore imbecillo eram, sero ad studia literarum accessi. Primis elementis in inferioribus urbis nostrae scholis imbutus, anno 1870 gymnasio Ashlaudino, quod Randolph Macon vocatur, adscriptus, ibique imprimis a Price et Harrison, viris illustrissimis, doctus sum; quibus auctoribus, quum magno amore linguarum classicarum flagrarem, in Germaniam, omnis doctrinae sedem domiciliumque, transmigravi, ut fructibus ibi, qui omnibus aeque concessi sunt, ego quoque uterer. Quoniam vero Lipsiensis Universitas maxima in Germania laude atque gloria floret, huic sodalis adscribi volui, interfuique ab anno 1876, per sex semestria, scholis Curtii, Langii, Lipsii, Ribbeckii, Voigtii, quibus viris doctissimis et illustrissimis maxime de me meritis gratias ago quam possum impensissimas.

Numburgi, typis Paetzianis (O. Hauthal).